



pp

1568.

EX.

Aboda

GENESIOS . XI



MOSES

MATTHIÆ MARTINII  
*Freienhagensis*  
MEMORIALE  
BIBLICUM  
METRICUM.




BREMÆ  
Sumptibus ERHARDI  
BERGERI Bibliopolæ.



ARON





MEMORIALE  
**BIBLICUM**  
METRICO COM-  
PENDIO, QUAM FIERI PO-  
TUIT, BREVISSIMO

FACTUM,  
IN OMNES LIBROS CANONI-  
*cos veteris & novi testamenti; etiam*  
*in apocryphos;*

CUM PRÆMONITIONIBUS GENE-  
ralibus & specialibus:

*Accesit quoq; memoriale in pericopas tex-  
tuum Dominicalium:*

AUCTORE

**MATTHIA MARTINIO,**  
Freienhagensi.




*Colloss. 3. v. 16.*

Verbum Christi inhabitet in vobis  
copiosè.

**BREMÆ**

Sumptibus ERHARDI BERGERI Bibliop.

M. DC. II.



MEMORIALE

BIBLIOTHECA

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE

MEMORIALE





# LECTORI

S. P.



Ut docendis aliis praesunt & officio suo religiosè facere satis cupiunt: eorum est ad vitia omnia, qua profectui felici, i. e., justo celeriq; obsistunt, corrigenda vel saltè minuenda se lubenter demittere. Ideoq; aliàs iudicii infirmitatè succurrent, ut, ordinis & orationis perspicuitate, rerù cognoscendarum intelligentiã animis scitè inferant; aliàs memoria imbecillitatè velut ridicis quibusdam erigent & fulcient, & amoris ac timoris divini argumentis omnè institutionem imbuēt. Id in verbo Dei instillãdo vel maximè par erit observare: ut in ejus lectione meditatè occupemur, & in singulis ejus capitibus precipuè notemus, quid Deus doceat & agat aut agi sinat; quidq; à nobis credi & sperari ac fieri velit vel nolit; quaeq; fidei & obedientiæ exempla nobis proponat, ut eorum intuitu ad imitationem incitemur & contraria fugiamus ac declinemus. Quae quidem si vel mediocri cum attentione ob oculos nobis in versandis divinis litteris poneremus: tam fructuosa passim earum foret lectio, atq; ea nunc saepe infructuosa existit. Legenda enim sunt, ut eas intelligamus

intelligenda Verò ut eas diligamus, eis credamus  
 & pareamus. Et Verò hi fines sunt in eas res, quæ  
 supra omne humanum ingenium sunt posita, cæle-  
 stes commentarii. Quum autem memoria quoque  
 nonnunquam vacillet, & ipsa tanquam ancoris  
 quibusdam sufflaminanda erit. Id jam olim Versti-  
 culis, quam fieri ea res potuit, brevissimis feci: qui  
 quum cupide excepti sint & aliquoties recusati, puta-  
 vi, me sacrorum librorum studiosis (quales omnes  
 esse oportet) gratam rem facturum esse, si accessione  
 aliqua id opusculum locupletarem; ut usum ali-  
 quem præstaret luculentiorum. Quod si Verò tenui-  
 ora candidis hominibus grata fuerunt: his paulò  
 jam ornatioribus minimùm favorem sperabo eun-  
 dem, & Veritatis ac nostrorum qualiumcunq; in-  
 juventutis utilitatem spectantium laborum amā-  
 tes orabo, ut benevolentia ac pietate precum sua-  
 rum eos dignentur fecundare & locupletare.

Ceterùm candide lector, qui primùm ad eas li-  
 teras diligentius evolvendas accedis, quæ nobis ad  
 rectum Dei cultum & ad malorum presentium to-  
 lerantiam & futurorum spem bonorum sunt pateo-  
 facta: paucula quedam observabis.

MONITA DE FRUCTUOSA  
 & memoriosa sacrorum librorum  
 lectione.

Igitur

I. Attendes ad questionem cujusque libri &  
 capituli: & ad eam semper mentem habebis con-  
 versam.

II. Animadvertes, quomodo cum antecessis  
 (si quid anteit textus) quisque coherent.

III.



## PRÆFATIO

III. Distingves *personas*, de quibus aliquid per res aut actiones narratur: nempe divinas, angelicas, humanas, & theanthropi mediatoris inter Deum homines.

IV. Diversa *loca* & *tempora*, quæ in historiis annotantur, observare, magni res est momenti & ad accipiendam intelligentiam & retinendam rerum propositarum memoriam.

V. Referes omnia ad *capita catechetica*, imprimis symbolum & decalogum: ut magna biblia sint parvorum explicationes.

VI. Observabis diligenter, uti Deus doceat, & quid homines debeant ac agant, & uti DEUS spectet quæ agunt, eis retribuatur. Doctrina quidem solet *fundari* veritate rei & æquitate, & personæ jure atq; debito, *proponitur* narrando, jubendo, vetando, permittendo. Præcepta & interdicta *sanciuntur* alicubi promissionibus & comminationibus. Hinc patet *officii* nostri necessitas & varietas; ut veritatem & æquitatem rei, jus Dei & debitum nostrum intelligamus, credamus agamus, omittamus, speremus, quæ oportet. Quicquid *agunt* homines, id Deus oculo ubiq; presente noscit: sive faciant iusta & fugiant interdicta, & libera decenter tractent, sive non. Et Deus justus ac clemens *retribuit* hominibus, quod rectum est, bene volens benedicens & benefaciens obedientibus, odio habens, detestans & puniens obediens; nisi convertantur.

VII. Non confundes etiam, quæ absolute dicuntur aut intelligentur & quæ sub certa conditione.

VIII. Discernes quoque simplicia & typica, quæ scilicet, ut figuræ, ad res majores significandas referuntur.

IX. Cavebis, ne ea, quæ obscura sunt contra clara interpreteris; studebis autem cum primis apprehendere eos sensus, qui Dei bonitatem & justitiam commendent.

X. Notabis etiam, quas historias aut sententias quibus *erroribus* refellendis opponas.

XI. Circa personas humanas discernes, quæ *sequenda* sint vel *fugienda*.

XII. Maximè ad te ipsum respicies, ut quælibet lectione crescat vel confirmetur *fides* tua & in Deum *pietas* atq; in homines *charitas*. Ideoq; sensum non inferes, sed efferes. Rectè enim Hieronimus, *Optimus*, inquit, *ille lector est, qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius, quàm imponat, & retulerit magis, quàm intulerit, neq; cogat hoc videri dictis contineri, quod ante lectionem presumpsit intelligendum*.

XIII. Præcipua dicta maximè animo tuo servanda commendabis.

XIV. Non multa simul leges, sed *multum*: & lectioni meditationem sociabis. Rectè enim Isidorus, *Omnis*, ait, *profectus ex lectione & meditatione procedit. Quæ enim nescimus, lectione discimus: quæ didicimus, meditatione servamus*.

XV. Interpones etiam vel appones lectioni congruentes *preces*, ut sensum & usum rei lectæ assequaris; & gratias pro divina institutione ages.

XVI. Quidam libri non sunt solitarii legendi, sed *cum certis aliis*. Ita cum psalmis ferè libri Samuelis, cum Prophetis regum historia conjungitur. Historici enim illis didascalicis lucem afferunt tantam, ut sæpe absque iis minimè intelligantur.

XVII. Nonnullos libros *præ aliis* diligenter evolves & sæpe repetes, ut sint pro norma intelligendi alios: ut Genesim, Esaiam, Evangelium Matthæi, acta Apostolorum, epistolam ad Romanos.

XVIII. Literarum optimarum studiosi etiam attendent ad ea, quæ ad *linguarum & artium liberalium* usum pertinent: ut sacram quandam è divinis libris constituent philologiam.

XIX. In quibus parum est situm & quæ ad curiositatem nulli rei utilem declinant, circa ea studium tuum piè moderaberis.

XX. Maximum etiam operæ pretium est ante omnia rectè intelligere.

## SACRORUM BIBLIORUM

titulum:

*Qui est Vetus & Novum Testamentum, seu fedus: de quo summam ista tene, imprimis ex Jerem. 31. cap.*

I. Fedus Dei est pactum ejus cum hominibus, quo ipse se Deum eorum fore

A 4.

pro-

promittit, & illos, ut federatos, in populum suum assumit, *Jerem. cap. 31. vers. 31. 32. 33.*

2. Fedus hoc est naturæ aut gratiæ. illud, etiam vetus, item legale ac operum fedus appellatur: hoc, novum dicitur; quod etiam evangelicum appellari potest. *vers. 31. Sic etiam Ezech. 36. v. 26.*

3. Observa autem, vetus fedus dici ambiguè. Aliàs enim fedus naturæ seu operum per vetus intelligitur; quia primū fuit, & tempore antecessit fedus gratiæ: quippe cuius pangendi occasionem misericordia Dei per lapsū hominis sumsit. Interdum verò fedus gratiæ, quatenus prisco populo Dei in veteri testamēto administratum est, vetus vocatur, & idem fedus gratiæ, quatenus nobis in novo testamento promulgatur, novo quodam & excellentiore modo, novum nuncupatur. Et hinc libri veteris testamēti dicuntur, qui populo veteri ante exhibitum Christum fuere traditi: ut libri novi testamenti, qui ecclesiæ post Christi patefactionem in carne fuerunt commendati.

4. Vetus fedus (quatenus legale intelligi-

ligitur) est, quod Deus fecit cum nomine, jure creationis, promittens ei bonorum creatione datorum continuacionem, & obedientiam ab eo ex propriis ejus viribus in illa creatione datis stipulans. *Gen. 3.*

5. Hoc fedus repetitum est in latatione legis seu promulgatione decalogi: ubi Deus ostendit, quid ipsi jure creationis & conservationis debeatur, *Jer. 31. v. 32.* Atque idem hoc adhuc proponitur in lege, ut omnes intelligant, ad quæ officia homo Deo creatori & conservatori suo naturam sit obstrictus.

6. Hoc fedus est irritum factum hominis inobedientiam, & quotidie violatur multifariam. *Gen. 3. v. 32.* Igitur ex hoc federe salus expectari non potest: sed ob ejus transgressionem omnes sumus sub maledictione.

7. Ne autem pereamus, Deus novum fedus gratiae nobis offert in evangelio.

8. In eo proponitur Jesus Christus pro nobis crucifixus; & mandatur, ut in hunc credamus, credentibus promittitur peccatorum remissio & Spiritus divini sanctificatio ad vitam æternam: in credulis au-

rem denunciatur ira Dei, *Jer. 31. v. 33. 34.*  
*Job. 3.*

9. Qui credimus (id quod facimus per  
verbum Evangelii & Dei vivi Spiritum vi-  
vificati & regenerati) federati cum Deo re  
ipsa esse incipimus; & ex ea gratia, quæ  
verbo Dei, precibus & studio recti est fo-  
venda, promittimus fidem & omnem  
obedientiam.

10. Hoc eodem federe continentur  
& liberi nostri, qui, nisi per incredulita-  
tem hoc beneficio se privent, nobiscum  
salvi erunt.

11. Hoc dicitur novum, respectu ve-  
teris; quod violatum est, & fidelibus anti-  
quatum, quippe qui à maledictione legis  
& dominatu peccati liberati sunt & libe-  
rantur *Heb. 8. v. 13. Rom. 8. v. 1.*

12. In hoc novo igitur federe nova  
gratia promittitur ad omne virus antiqui  
serpentis tollendum. Unde liquet, ipsam  
etiam legem, hoc est, decalogum, electis  
hactenus fieri quasi Evangelium: quia ni-  
hil eorum, quæ ibi præscribuntur, Deus  
ex propriis ipsorum viribus exigit: quippe  
ut est *Ezech. 36. v. 37. facturus, ut in statu-*  
tis.

tis ipsius ambulemus & jura ipsius obser-  
vemus, facientes ea. nempe lex ostendit,  
quid sit agendum, & vitandū, sed gratiam  
obediendi dat Deus per verbum reconci-  
liationis & per spiritum adoptionis, per  
quem indit legem suam in corda nostra.

13. Hoc ergo fedus fundatum est in  
manu Christi mediatoris, unici nostri ad  
salutē doctoris, ductoris & rectoris, solius  
verè magnifici, qui pro nostris peccatis  
morte suā satisfecit, & eorum remissionē,  
indēq; favorem Dei, & à favente Deo Spi-  
ritus S. gratiam nobis acquisivit. Ideoq;  
ratum est in æternū. Nam ille doctrina,  
merito & efficaciam noster est servator.  
*Heb. 8. v. 6.* Propterea etiam federis an-  
gelus dicitur *Malach. 3. v. 1. 2. Cor. 3. v. 19.* &  
melioris pacti sponfor *Heb. 7. 22.*

14. Hinc patet, hoc fedus solum pro-  
priè dici *percuti & feriri*, quia, victima in-  
tercedente Filio DEI, in carne patefacto,  
confirmatū est: item, hoc magna de cau-  
sa appellari testamentum, quia, non nisi  
intercedente morte mediatoris, ratum  
esse potuit. Deus enim veritatem & justi-  
tiam suam mutare non poterat.

15. Hoc fedus, licet quantum ad substantiam non mutetur: aliter tamen administratum fuit veteri populo, aliter verò ministratur novo, i.e. in novo testamento; unde convenientia & discrimen veteris & novi testamenti sunt notanda, quatenus nempe, per utrumq; fedus gratia intelligitur. Nam differentia inter vetus fedus ut legale, & novum ut gratuitum, plana est ex iis, quæ antè super illis sigillatim diximus.

16. Est autem convenientia inter vetus & novum testamentum, utrumque gratuitum, in substantia: quæ ente exposita est n. 8. Eadem enim salus ab eodem Deo, per eundem mediatorem, æq; preciosa fide accipienda, promittitur & datur omnibus hinc federatis, qui utroq; studio pietatis gratitudinem suam contestantur: & utroq; verbo & sacramentis, ut gratiæ suæ signis, Deus declaravit suam voluntatem.

17. Differentiam autem est primò in federatis, deinde in federalibus (ut ita loquar) bonis & federalibus signis.

18. in veteri testamento fuerunt  
 poste-



posterum Abrahami ordinariè Deo federati, neglectis vel parcè admodum accersitis gentibus. In novo testamento est ecclesia catholica, etiam gentibus ad eam ad vocatis *c. 30. v. 1. c. 31. v. 10.*

19. Inter federalia bona veteribus aliquandiu fuit terra Chananæa, ut typus patriæ cœlestis.

20. Signa fuerunt alia, atq; hodie sunt. Nam, licèt verbū & sacramenta utrobique, ut jam diximus, considerentur: veteribus tamē illa obscuriora erāt, in prophetiis & umbris ceremoniarū. & sacramenta erant difficilioris usus, in quibus etiam erat sanguinis effusio, ut in circūcisione & agno paschali. Erant quoq; sumtuosa valde sacrificia. In novo testamento verba & sacramenta sunt clarissima, utpote Christum exhibitum testantia ceremoniarum omnium Leviticarū umbris antiquatis & ablatis: quibus jam, ipsâ luce & corpore Christo exhibitio, æq; non est opus, atque, sole clarè orto & elato supra nostrū horizontem, non est usus iis candelis, quæ atræ noctis caliginē fugabant. Et sacramenta præterea incruenta facillimique

miq̄ve usus nunc habemus. Sanguis enim Christi effusus sistit omnem sanguinem.

21. Breviter igitur dices: in legali federe benedici solis non-peccatoribus; & maledici omnibus peccatoribus; at in Evangelio benedictionem proponi peccatoribus sed in Christum credentibus, incredulis autem maledici: & federis gratiæ bona dispensari in novo testamento uberius, seu in eo dari plus & pluribus; in veteri testamento parcius datum esse, seu minus & paucioribus.

22. Atq̄ve hæc breviter, ad titulum seu inscriptionem Bibliorum intelligendam: jam, ut veteris testamenti priscis usitata divisio teneatur: visum est insignem Hieronymi prologum galeatum subjicere, in quo, quum canonicos veteris testamenti libros ab apocryphis discernit, quasi galeam munit hominem Christianum contra tela falsariorum, qui ecclesiæ & ejus membris scripta non divina & non canonica pro canonicis ingerere & obtrudere satagunt.

23. Et verò majorem in modum providendum hîc est, ne religionis fundamentum

menta falsa recipiamus, sed tantum im-  
mediatè à Deo profecta.

24. Dogmatum autem religionis prin-  
cipia debent esse illorum causæ, unde &  
sint & cognoscantur; & certò definita, ut  
conclusionum veritas inde probari que-  
at, & quidem non contingenter, sed fir-  
miter: & respectu nostri non controversa,  
sed concessa & indubitata apud omnes,  
qui se Deo instituendos tradiderunt: &  
talia, ut extra ordinem seu genus suum  
non exeant.

25. Cæterum sic habet ille.

## H I E R O N Y M I

prologus galeatus:

**V**iginti & duas literas esse apud Hebræos,  
Syrorum quoque, linguæ & Chaldaeorum  
testatur, quæ Hebræa magna ex parte confinis  
est. Nam & ipsi viginti duo elementa habent  
eodem sono, sed diversis characteribus. Sa-  
maritani etiam Pentateuchum Moysi toti-  
dem literis scriptitant, figuris namque & api-  
cibus discrepantes. Certumque est, Esdram  
scribam legisque doctorem, post captam Hiero-  
solyman & instaurationem templi, sub Zoro-  
babe

*babel, alias literas reperisse, quibus nunc utimur: quum ad illud usq<sup>3</sup> tempus iidem Samaritanorum & Hebraeorum characteres fuerint. In libro quoq<sup>3</sup> Numerorum haec eadem supputatio sub Levitarum ac sacerdotum censu mysticè ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Graecis voluminibus usq<sup>3</sup> hodie antiquis expressum literis, invenimus. Sed & psalmi tricesimus sextus & centesimus decimus & centesimus undecimus & centesimus octavus & centesimus quadragessimus quartus †, quanquam diverso scribantur metro, tamen ejusdem numeri texuntur alphabeto.*

*Et Jeremiae lamentationes, & oratio ejus, Salomonis quoq<sup>3</sup> in fine Proverbia, ab eo loco, in quo ait Mulierem fortem quis inveniet? iisdem alphabeti velut incisionibus supputantur.*

*† uti in vulgata editione psalmi numerantur. Observa hic, in vulgata illa editione psalmum nonum & decimum in unum, nempe nonum, conjungi: ac inde porro psalmos dissimiliter numerari, atque ita decimum vulgò dici, qui est undecimus; undecimum, qui est duodecimus, usque ad centesimum quadragessimum septimum, qui in duos, in vulgata editione, dividitur, ita ut versus primi undecim constituent psalmum vulgatum 146, & reliqui novem versus psalmum 147. Atque inde postea ad communem numerum rediunt.*

*Porro*

Porò quinq; litteræ duplices apud Hebræos sunt, Caph, Mem, Nun, Pe, Sade. Aliter enim scribuntur per has principia mediæ et quædamque verborum, aliter fines. Unde et quinque à plerisque libri duplices existimantur, Samuel, Melachim, Dibre hajamim, Esdras, Jeremias, cum Cinoth, id est, lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraicè omne, quod loquimur, et eorum initiis vox humana comprehenditur: viginti duo volumina supputantur, quibus quasi literis et exordiis, in Dei doctrina, tenera adhuc et lactens viri justè eruditur infantia.

Primus apud eos liber vocatur Beresith, quem nos Genesin dicimus. Secundus, Veelle semoth: qui Exodus appellatur. Tertius Vajicra, id est, Leviticus. Quartus, Vajedabber, quem Numeros vocamus. Quintus, Elle baddebarim, qui Deuteronomium prænotatur. Hi sunt quinq; libri Moyse, quos propriè Thorah, id est, legem appellant.

Secundum prophetarum ordinem faciunt et incipiunt ab Jesu filio Nave, qui apud eos Josue bin Nun dicitur. Deinde subtexunt Sophetim, id est, judicum librum: et in eundè

com-

compingunt Ruth; quia in diebus Judicium facta ejus narratur historia. Tertius sequitur Samuel, quem nos Regum primum & secundum dicimus. Quartus, Melachim, id est Regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur. Melius quod multo est Regum, quam regnorum dicere. Non enim multarum gentium describit regna: sed unius Israëlitici populi, qui tribubus duodecim continetur. Quintus est Esaias: Sextus Jeremias: Septimus Ezechiel: Octavus, liber duodecim prophetarum: qui apud illos vocatur Theré asár.

Tertius ordo Hagiographa possidet. Et primus liber incipit à Job: secundus à David, quem quinque incisionibus & uno psalmorum volumine comprehendunt. Tertius est Salomon, tres libros habens, Proverbia, quae illi Misle, id est, parabolas appellant. Quartus, Ecclesiastes, id est, Cobéleth. Quintus, Canticum canticorum, quem titulo Sir hasirim prae-notant. Sextus est Daniel. Septimus, Dibre hajamim, id est, verba dierum: quod significantius Chronicon totius divinae historiae possumus appellare: qui liber apud nos Paralipomenon primus & secundus inscribitur: Octavus, Esdras, qui & ipse similiter  
apud

apud Græcos & Latinos in duos libros divi-  
sus est. Nonus Esther.

Atque ita sunt pariter veteris Legis vi-  
ginti duo libri, id est, Moysi quinque, & pro-  
phetarum octo, Hagiographorum novem.  
Quamquam nonnulli Ruth & Cinoth, inter  
Hagiographa scriptitent, & hos libros in suo  
putent numero supputandos, ac per hos esse  
prisca legis libros viginti quatuor, quos sub  
numero viginti quatuor seniorum Apocaly-  
psis Joannis inducit adorantes agnum & co-  
ronas suas prostratis vultibus offerentes, stan-  
tibus coram quatuor animalibus oculatis, an-  
tè & retro, id est, in præteritum & in futu-  
rum respicientibus, & indefessa voce claman-  
tibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus  
DEUS omnipotens, qui erat, qui est, & qui  
venturus est.

Hic prologus, scripturarum quasi galeatum  
principium, omnibus libris, quos de Hebræo  
vertimus in Latinum, convenire potest: ut  
scire valeamus, quicquid extra hos est, inter  
apocrypha esse ponendum. Igitur Sapiaentia,  
quæ vulgò Salomonis inscribitur, & Jesu filii  
Sirach liber, & Judith, & Tobias, & Pastor,  
non sunt in canone. Machabæorum primum  
librum

librum Hebraicum reperi. Secundus Græcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quæ quum ita se habeant, obsecro te, lector, ne laborem meum reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert unus quisque, quod potest, alii aurum, argentum, & lapides preciosos: alii byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen apostolus contemtibilia nostra magis necessaria judicat: unde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species ecclesie præsentis futuræque distinctio pellibus tegitur & ciliciis: ardoremque solis & injuriam imbrium ea, quæ viliora sunt prohibent.

26. Hunc prologum ideo præscripsimus, ut ex eo constet, non esse novam de scripturarum canone sententiam, quam in nostris ecclesiis sequimur: quæ quidem est verissima. Hos autem recitatos xxii. veteris, cum xxviii. novi testamenti, libros solos indubitatum Dei verbum esse, nunc depositum apud Dei populum, ex his argumentis colligitur.

**L.** Hi soli libri habent notas veræ divinita-



nitatis. Nam se divinos esse asserunt: neque causa est, quare id non credamus; est verò, cur omnino credere debeamus.

Nam nullum verbum est sub sole, quod veriores habeat narrationes, sanctiores præceptiones, & largiores promissiones: atq; ita, quod hominem ad summum suum finem & summum bonum adducere queat, præterquam istud; ut scilicet Deus rite colatur, & ut nos æternùm beati simus.

II. Hi libri sunt à prophetis & apostolis ex immediato afflatu Dei conscripti.

III. Spiritus sanctus, fidei auctor, in cordibus nostris hoc nobis persuadet, ut certò statuam⁹, illos libros à Deo esse inspiratos. Id ex eo apparet, quia auctoritate hujus verbi, quod in illis continetur, nos tanquam Dei immediatâ voce moveri animadvertimus, ut ad patientiam, consolationem & spem vitæ æternæ certam, atque etiam ad studium pietatis traducamur, ad quæ per ipsam verbi illius naturam nos Dei Spiritus conducit.

IV. Christus suam doctrinam ex solis prophetis libris probavit *Luc. 24. 27. 44.*

Et apostoli nihil docuerunt, nisi quod es-

set

set in scripturis prophetis. *Act. 26, 22.* Et Christus ac apostoli relégant omnes ad doctrinam propheticam *Luc. 16. 19. 2. Pet. 1. v. 19.* Ideo Berœenses laudantur *Act. 17. 11.* quòd conciones ad propheticarum scripturarum normam exigerent.

V. Libri canonici veteris testamenti sunt Hebraicè conscripti: unde Hieronymus *præfat. in paralip.*, ea abjicienda esse dicit, quæ non sunt apud Hebræos.

VI. Communi Ecclesiæ consensu illi libri pro certo Dei verbo sūt recepti. Nec enim solus Hieronymus ita sentit: quem quidem Brito & Lyra & præfator *in glossam ordinariam* manifestè sequuntur. Josephus quoque *lib. 1. contra Appion.* tantum xxii. veteris testamenti libros numerat: & Eusebius *lib. 3. eccl. hist. cap. 10.* & Origenes *apud Eusebium lib. 6. cap. 18.* & Melito apud eundem *lib. 4. cap. 26.* Sic & Athanasius *in synopsi*: Cyprianus *in symbolo.* Hilarius *præfatione in psalmos*, Nazianzenus *in carminibus de genuinis sacre scripture libris*: concilium Laodicenū. *can. 5. 6.* Cyrillus *catech. 4.* Rufinus *in symbol. apostol.* Et quidem hi verè canonem eccle-

clesiasticum utriusq; testamenti recitāt. neq; Judæi unquam à Christo canonis mutilati causâ sunt accusati, sed, quòd divinas literas malè interpretarentur. Neq; quisquam veterum ante Augustinum (si supposititiū Clementem excipias) aliter sentit. ut planè intolerabilis sit audaciæ, alia quoq; merè humana scripta, nonnunquam & commenta, sub divinæ auctoritatis titulo ecclesiæ Dei velle commendare.

VII. Hilibrī canonici sunt instrumentū Dei, per cujus prædicationem, meditationem & auditionem in nobis gignit fidem & suadens atq; jubens, ut eos pro divinis amplectamur & contenta eis dogmata recipiamus; & persuadens, ut assentiamus eis, consentiamus in ea, & vivere studeamus ex voluntate ejus, qui illa gratiæ suæ testimonia apud nos deposuit.

VIII. Qui libri in corpore biblico super sunt, ad hanc perfectionem afferendā abunde sufficiunt: & nulli perierunt, qui ab hoc necessarii erāt: quin & illi, quos alicubi nominari videm⁹, jam non extantes amplius, canonici nō fuerunt, aut illi,  
quos

quos certos habemus, illorum defectum  
in rebus ad religionem pertinentibus  
abundè compensant.

✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠  
**V E R S U S , I N Q U I B U S**  
numerantur libri utriusque  
Testamenti,  
VETERIS.

**M**oses *b* Antè canunt res gestas, Josua, Judex,  
*Ruth, Samuel, Reges, Chronica, Esdra, Ne-*  
*bemia & Esther.*

*Hinc c* Jobus, Psalmi, Proverbia, Concio, Carmen.  
*Pòst d* ventura canunt Esa, Jer, Ezech. & Daniël q<sub>3</sub>  
*f* Hoseas, Joel, Amosus, Obadia, Jonas,  
*Michas, Nabumus, Chabacuc, Sophonia, Chaggai,*  
*Zacharias: clarus Malachias ultimis in fit.*

(a) I. Pentateuchus Moïsi. (b) II. Prophetæ  
anteriores. (c) III. Libri poetici. (d) IV. Pro-  
phetæ posteriores: & primò majores quatuor.  
(e) Intellige in decurtatis vocibus Elaiam, Jere-  
miam, Ezechielem. (f) V. Minores prophetæ  
duodecim.

**N O V I.**

**P**ost a evangelium sunt *b* Actus, *c* Roma, Corinthus,  
*Pro Galatis, Epheso, Philippis, atq; Colossis.*  
*Thessalo, Timotheo atq; Tito, Philemone, Hebrais.*  
*Jacobus, Petrus, Johannes, Juda, d* Revelans.

(a) I. Evangelia quatuor (b) II. Actus aposto-  
lorum (c) III. Epistolæ apostolorum, (d) IV. a-  
pocalypsis.

Nu-

NUMERUS CAPITUM, SEU  
 membrorum in libris canonicis, ut  
 sunt in versione Tremellii &  
 Junii expressa.

IN VET. TESTAMEN.

**Q**uina tibi decies Genesis, deciesq; quaterna  
 Exodus, & novies dat tibi terna Levis,  
 Membra novena quater Numeri, ter dena deinde  
 Et duobis numerat lex repetita tibi.  
 Josua sena quater, ter septem Judicialis,  
 Bis duo messorum dat tibi Rutha sequens.  
 Bis duo terq; novem Samuelis primus: at alter  
 Bis duodena tibi commemoranda locat.  
 Bina dat undecies rex primus, sena quaterq;  
 Ac unum regum post liber alter habet.  
 In Chronicis primus numerat bis dena novemq;  
 At liber alter habet membra novena quater.  
 Esdra decem, tredecim Nehemias dux tibi scripsit.  
 Esther membra tibi, dat genuina decem.  
 Job quadraginta duo: Psalmos ordine centum  
 Et decies quinos collige quinq; libris.  
 Dena ter ac unum a Gnomæ, bis senaq; Vani  
 b Concio; submitunt cantica bina quater.  
 Sena dat undecies Esaias, sed Jeremias  
 Quina tibi decies & duo: quinq; c Gemens.  
 Ezechiel decies dat quattuor, addit & octo:  
 Hinc Daniel vates bis tibi sena canit,  
 Bis septem Hoseas, Joël tria, terna ter Amos,  
 Obadias unum: bis duo Jona legit.

B

26 NUM. CAP. VET. TEST:

*Septem Michæas, tria Nahum, post Habacucus  
Atq; Sophonias dant tria membra tibi.*

*Haggæus duo, Zacharias septena bis inde,  
Sed Malachias bis duo scripta dedit.*

( a ) Proverbia ( b ) Ecclesiastes de vanitate rerum  
mundi ( c ) Threni Ieremiæ.

*IN NOV. TEST.*

*Matthæus septem quater, Marcusq; bis octo,  
Sena quater Lucas, hepta a ter hinc Aquila b.*

*Actus dant septena quater, sed Roma bis octo:*

*Prima, tot, urbs bimaris, posterior tredecim  
Sed Galatis, Epheso totidem sed deinde Philippis*

*Quattuor & totidem scripta Colosiacis.*

*The Galonica prius quinque, & tria postea cepit,*

*Bis tria Timotheus, bis duo deinde simul,*

*Sunt tria scripta Tito, Philemon legerat unum,*

*Hebræi tredecim: quinque, tria inde Petrus, (a)*

*Johannes quinque, & post unum, tertio & unum,*

*Quinque, Jacob, unum Juda fidelis habet.*

*Undecies binis Johannes ultima scribit*

*Tēpora. Sic fœdus clauditur omne novum.*

*a. ἑπτὰ ἐπτά, b. Johannes.*

*Corinthus δι. ἑλίαςος, duos habens portus,  
unum Italiæ, alterum Asiæ obversum. Stra-*

*bo lib. 5. Geogr. Ovid. 4. fast. Horat. lib. 1.  
carm. od. 7. unde ἀλιείφωτος, Nonno, aliis, ἀ-*

*λίζωνος dicitur.*

( a ) Petrus prima epistola quinque, altera tria  
capita habet.

DE

## DE TITULIS ET AP- pellationibus librorum,

### OBSERVA;

quòd sumatur alias à *personis*, aut iis, à quibus scripti sunt, aut de quibus præcipuè: alias à *rebus*, quas tractant, sive omnes complexu generalis vocabuli indicentur, sive aliquæ, puta quæ primo ordine occurrunt, vel principes judican-  
tur: alias denique ab *initialibus di-*

*ctionibus.*

### DE VETERI TESTAMENTO.

Vetus Testamentum sunt libri scripti ante ex-  
hibitum in carne Dei filium, de quo aposto-  
lus 2. Cor. 3. 14. *Usq; ad diem hodiernum in lectio-  
ne veteris Testamenti manet non detectum idè vela-  
men, nec retegitur, conqueritur de Judæis, quod  
Christum in V. T. non videant, quia propter  
alienas suas imaginationes in ipso offenduntur.  
De hujus utilitate etiam suis temporibus loquens  
apostolus 2. Tim. 3. 16. ait, Tota scriptura divinè  
est inspirata & utilis ad doctrinam ad redargutio-  
nem, ad correctionem, ad institutionem in justitia. Et  
scriptura sacra V. T. Luc. 24. 44. distinguitur à  
Domino in tres partes, cum ait, Oportere impleri  
omnia quæ scripta sūt in Mose & prophetis & psal-  
mis. Alias autem in duas partes, Mosen & prophe-  
tas, Luc. 16. psalmis quoq; sub prophetarum nomi-  
ne intellectis. Hebræi dividunt V. T. libros in*

## DE MOSE.

I. *Legem*, h. e. quinque libros Moſis.

II. *Prophetas*.

a. *Priores*, ut lib. Joſuæ, Judicum & Ruthæ, Samuelis, Regum.

b. *Posteriores*, qui

a. *Majores*, tres, Eſaias, Jeremias, Ezechiel.

b. *Minores* XII, ex quibus Haggæus, Zacharias, Malachias vixerunt poſt Babyloniam captivitatem: reliqui novem ante eam.

III. *Hagiographos*; qui ſunt libri Jobi, Davidis, Salomonis, Danielis, & Chronicorū, Eſdræ & Eſtheris.

Vide ſuprà prologum galeatum Hieronymi.

## DE MOSE.

Moſes in Ægypto natus anno à conditu orbis 2368, qui erat 37. poſt mortem Levi: die quarta, ſeptimi menſis Adar, tertia diei hora. Fuit olim ſcriptum, titulo מֹשֶׁה מִצְרַיִם, dimiſſio Moſis ex hac vita, ἀνάληψις Μωϋϋως, in quo continentur, quæ in epiſtola Jacobi de Moſis corpore citantur: ait Valent. Schindl. in lexico. Parentes Moſi fuerunt Amram & Iochabedà, è profapia Levitica Exod. 2. & 6. Mater eum vocavit Melchil, ſi credimus Philoni. Quum tres menſes domi patris clā nutritus eſſet & occultari amplius nō poſſet, furente adverſus Hebræorum mafculos Pharaone Miſphragmutoſi, (hoc ſpeciale nomen Manethon aperit) expoſitus, à filia illius

↑ vitioſe, nam natus eſt a. 2428. alit. 2468.



illius, Thermanitip, ut Josephus vocat, susceptus  
 & adoptatus fuit, quæ ei aliud nomen fecit, ut  
 Moses diceretur, hoc est extractus, quia de aquis  
 eum eripuerat, ubi ceu petitur in lectulo papy-  
 raceo collocatus erat. Ideo in Orphaicis Onom-  
 acriti ὀδογενῆς, quasi *Aquigena*, appellatur, ita-  
 que in aulam regiam translatus & omni Ægy-  
 ptiorum sapientia Ægyptiorum eruditus fuit.  
 Act. 7. Sed jam grandis factus renuit vocari filio  
 filia Pharaonis, potius eligens simul malis vexa-  
 ri cum populo Dei, quam temporariam retinere  
 peccati fruitionem: majores ducens divitias  
 probrum Christi, quam Ægyptiorum thesau-  
 ros. Intuebatur enim in præmii retributionem.  
 Heb. 11. Et, cum esset quadragenarius, iit visere  
 fratres suos & ex iis unum injuria affectum vindi-  
 cavit, percusso Ægyptio. quæ res cum vulgari  
 inciperet, fugit in regionem *Medianis*; & ibi  
 ovium pastor, cum gregem pelleret ad desertum  
 Sinæ; angelus DOMINI apparens in igne rubi est  
 vocavit, ut in Ægyptum mitteretur populum  
 Israëliticum è servitute educturus, id quod, post  
 multa signa prægressa fecit, & dux atque legisla-  
 tor ejus fuit. Auctore Deo scripsit primum eccle-  
 siæ canonem, quem πεντάτευχος, i. e. instrumentum  
 seu opus quinque voluminum vocamus, omnium  
 cæterorum sacrorum librorum fundamentum. Pro-  
 pheta fuit magnus sine exemplo Num. & fidelis in  
 domo Dei, mortuus post exactos annos 120. &  
 à Deo sepultus. Deut. ult. Ipse cum Elia in mon-  
 te fuit, cum Dominus transfiguraretur. Matth. 17.

ex quo colligebat eum à sepultura excitatum & vivum in caelos translatum esse. Cæterum libri Moſis ſunt *Genefis, Exodus, Leviticus, Numerorum liber, Deuteronomium.*

## IN GENESIN

**G**enefis Græcis eſt, quod Latinis generatio ſeu ortus. Inde verò primus pentateuchi liber ſic appellatur, quoniam initio ejus explicatur ortus cæli & terræ, omniumq; rerum. Ex *Gen. 2. 4.* nomen eſt deſumptum, ubi dicitur: *iſta ſunt generationes, ſive ortus cæli & terræ.* Dicitur etiam liber creationis (Hebræis à prima diſtione *Bereſchith*, i. e. in principio: & à ſcriptore liber primus Moſis, & ſic deinceps reliqui, ut ſecundus, tertius, quartus, quintus. Continet hiftoriam annorum 2368, ab Adamo primo homine uſque ad mortem Joſephi.

*Primi autem mundi genealogia eſt iſta.*

I.	A creatione Adami atque ita à	
II.	conditu mundi ad Sethum anni 130	
	<i>Anato</i>	
III.	Setho ad Enoſum	anni 105
IV.	Enoſo ad Chenanem	90
V.	inde ad Mahalaëlem	70
<hr/>		
VI.	à Mahalaële ad Jaredum	68
VII.	Henoſum	1. 2
VIII.	Mathuſalam	56
IX.	Lamechum	187. <i>Gen. 5.</i>
X.	Noam	182
XI.	à Noa ad Semum	502
XII.	Arphaxadum	100
		XIII.

IN GENESIN.

37

XIII. Salamis 35  
 XIV. Heberum 30  
 XV. Phalegum 34

XVI. à Phalego ad Rehnum 30  
 XVII. Sarugum 32  
 XVIII. Nahorem 30  
 XIX. Tharam 139  
 XX. Abramum 130

XXI. ab Abramo ad Isaacum 100. Gen. 25.  
 Jacobum 60. Gen. 25.  
 Jacobus vixit annos 147. Gen. 47.  
 A morte Jacobi ad mortem Josephi. 57. Gen. 50.

NB. Junge semper ultimum cum primo, ut à Jaso redo ad Henochum &c.

1 2 3 4 5  
 Mundus, lex fertur, peccatur, Abelis, Enochis

6 7 8 9 10  
 Arca fit, intrat, abit, fœdera, Noïda.

11 12 13 14 15  
 Turris, it Abramus, pastorum, pugna, fidelis.

16 17 18 19 20  
 Serva, mares, pulvis, versa Gemorra, soror.

21 22 23 24 25  
 Sara parit, mastrat, meretur Sara, nubit, Esauum.

26 27 28 29 30  
 Falsa soror, tactu, scala, Rabel, baculi.

31 32 33 34 35  
 Labanus, Phanuel, Sichemum, Dina, Benonis.

B 4

36

36	37	38	39	40
<i>Esabida, vendunt, Er, pudor, ante refert,</i>				
41	42	43	44	45
<i>Somnia, Gas Simeon, pradent, contentio, notus</i>				
46	47	48	49	50
<i>Is, pecudes, ager, Gaticinatur, humo,</i>				

## EXPLICATIO.

**M**undus creatur à Deo: lex fertur primis parentibus de non edendo fructu arboris cognitionis boni & mali v. 16. peccatur contra legē dictam ab illis v. 6. *Abelis* occisio v. 8. *Enochi* translatio in coelum 24.

*Arca* fit, jubente Deo, à Noa vers. 22. intrat Noa cum suis in arcam vers. 7. abiit Noa ex arca vers. 18. *fœdera* Deus facit inter se & homines ac animantes omnes, ubi promittit, terram non amplius perditum iri diluvio v. 15. *Noaida*, id est, Noæ posterii recensentur. (X)

*Turris* Babylonice molitio v. 4. *it Abramus* ex patria jussu Dei vers. 1. *pastorum* Loti contentio cum pastoribus Abrami vers. 7. *pugna* regum, in qua captus Lotus & rursus liberatus vers. 9. 12. *fidelis* Abrami prædicatur. v. 6.

*Serua* Hagara traditur Abramo in uxorem v. 3. *mares* circūcidendi v. 11. 12. *pulsis* sum & cinis, ait Abram colloquens cum Domino v. 27. *vers. 3* *Gomorrah* ignis & sulphuris pluviam v. 24. *seror* mea est, dixit Abrahamus de Sara uxore, v. 2. (XX)

*Sara* parit Isaacum: ver. 3. *maclat*, id est, maclare vult Abrahamus Isaacum: unde Heb. 11. v. 17. dicitur, Abrahamus obtulit Isaacum per fidem: *meritur Sara* Hebrone v. 2. *nubit* Rebecca Isaac v. 67.

v. 67. *Esavus* nascitur cum Jacobo v. 25. 26.

*Falsa soror*: Rebecca dicta soror ab Isaac, quū esset uxor. v. 7. *lactu* explorat Isaacus manus Jacobi, quem Esavum esse putat vers. 24. 25. *scala* Jacobi in somniis visa ver. 32. *Rabel*, nubit Jacobo vers. 1. *baculi* ad promovendam foeturam verficolorum ovium collocati à Jacobo in canali. bus. vers. 37. 38. (XXX)

*Labanus* persequitur Jacobum vers. 23. *Phanuël* dictus locus, ubi Jacobus Deum viderat vers. 30. *Sichemum* proficiscitur Succis, ubi tuguria fecerat pecori suo v. 17. &c. *Dina* compressa à Sichemo, ver. 2. *Benonis* dicitur filius Rachelis in agone mortis, quem pater Benjaminem nominat.

*Esavida*, id est, posterii Esavi recensentur: *Vendunt* fratres Josephum v. 28. *Er* malus à Domino occisus, itemq; *Onan* abutens semine, vers. 7. &c. *pudor*, pudicitia Josephi nolentis peccare in heram, vers. 12. *antè refert* Josephus eventura captivis vers. 12. &c. (XL)

*Somnia* Pharaonis Josephus interpretatur, v. 25 &c. *bas* seu obses *Simeon* detinetur in Ægypto, donec sistatur Benjamin vers. 24. *prandēt* fratres apud Josephum v. 34. *contentio* † de ablato scypho inter administrum Josephi & fratres ejus: *notus* fit Josephus fratribus vers. 3.

*It*, id est, proficiscitur Iacobus in Ægyptum, v. 3. *pecudes* dant Ægyptii pro cibo v. 16. 17. vel *pecudes* se curasse, id est, rem pecuariam tractasse dicunt fratres Josephi interroganti de operibus ipsorum

B 5

† Si mavis, lege, *inventus scyphi*.

ipforum Pharaoni, v. 3. *ager* Jacobus visitatur à  
 Josepho, vers. 1. *Vaticinatur*, id est, prædicit Jose-  
 phus eventura filiis: *humo* conditur seu sepelitur  
 Jacobus, vers. 13. (L)

—————  
 IN EXODUM.

**E**xodus, Græca vox, significat exitum per cer-  
 tam *oddy* i. e. viam. Ita vocatur secundus liber  
 Moſis, quia incipit ab afflicti populi Iſraëlitici  
 liberatione & educatione è ſervitute Ægyptiaca.  
 In hac igitur appellatione respicitur ad e. 12. v. 41.  
*Exactis quadringentis annis eo ipſo die*, quo ſcilicet  
 illi ſecundum Dei prædictionem complebantur,  
*egreſſi ſunt omnes exercitus DOMINI è terra Ægy-  
 pti.* Hebræis liber vocatur ab initio *Veëlle Jche-  
 moth*, i. e. Et hæc nomina. Complectitur res 142.  
 annorum ſpatio geſtas, à morte ſcilicet Joſephi  
 uſque ad erectum tabernaculum.

A morte Joſephi, ad nativitatem Moſis ſunt  
 anni 60.

Inde à Moſe nato ad exitum ex Ægypto anni  
 81. *Exod. 17. 10.*

Ab hoc exitu ad erectum tabernaculum an-  
 nus 1. *Exod. 40. 17.*

1 2 3 4 5  
*Infantes, Moſes, ardens, Zippora, premuntur,*

6 7 8 9 10  
*Joſa, cruor, rana, peſtilitas, tenebra,*

11 12 13 14 15  
*Primi, paſcha, doce ſobolem, ſubmergitur, ode,*

*Manna*

16 17 18 19 20

Manna, manus, iudex, Sina, statuta decem,

21 22 23 24 25

Talis, furta, dies, fœdus legale, Cherubi,

26 27 28 29 30

Velum, ara &amp; vestis, victima, gratulus odor,

31 32 33 34 35

Bezaleel vitulus, faciem, lex Saxeæ, sponte,

36 37 38 39 40

Aulaum, arca, labrum, tegmina sacra, locant.

## EXPLICATIO.

**I**nfantes masculos iubet Pharaon in partu necari  
 vers. 16. Moses nascitur, servatur & educatur  
 in Ægyptia aula: *ardens* rubus cernitur Mosi:  
 Zippora circumcidit filiū, vers. 25. *premutur* o-  
 neribus Israëlita.

*Johis*: in nomine Jehova non cognitus Deus  
 patribus: in posterum re ipsa nominis illius veri-  
 tatem demonstraturus, suarum promissionum  
 complemento, vers. 2. *crucor* fit aqua Ægypti, 13:  
*rana* erumpunt in Ægyptum, v. 7. *pestilentia* occu-  
 pat homines & jumenta, ver. 10. *tenebrae* in horre-  
 seunt in Ægypto, vers. 22: 23. (X)

*Primi*: primogeniti morituri, v. 5. \**pascha* insti-  
 tuitur & celebratur: *doce* sobolē de ritu paschatis  
 \*symbolum X. plagarū דַּעַךְ עֶרְשׁ בְּאֶחָב  
 i.e. כַּנִּיּוֹם : *rana*: צַפְרֵי עֵימִם sanguis  
*pediculi*: דַּבָּר : *colluvies animalium*: עֲרוֹב  
*pestis*: אֲרָבֶרֶת : *ulcus*: שַׁחִין : *grando*: אֲרָבֶרֶת  
*locusta*: חֲשָׁבִיל : *tenebrae*: בְּכוֹר : *primogenitum*.

v. 14. *submergitur* Pharao (qui Acherres post Oros) cum suis in mari rubro, (a) v. 28. *ode* celebratur Deus victoriæ auctor.

*Manna* datur cibo populo, v. 15. 16. *manus* at-tollente Mose vincunt Amalechitæ, ver. 11. *judex* qualis esse debeat, v. 21. *Sina* mons fumabat ex Dei præsentia, legem laturo, v. 18. *statuta decem*, decem leges pronunciantur. (XX)

*Talio*, sancitur lex talionis v. 23. &c. *furta* quomodo punienda v. 1. &c. *dies festi* v. 11. 12. 14. *ædus legale* repetitur: *Cherubi* faciendi in propitiatorio ver. 18.

*Velum* seu tegmen & operimentum faciendū v. 14. *ara* quomodo facienda v. 1. *vestis* sacra sacerdotum v. 2. &c. *vittima* seu sacrificium jure ver. 38. 42. &c. *gratus odor* accendendus in thymiaterio seu altari suffitus v. 9. (XXX)

*Bezaleel* artifex describitur v. 2. &c. *vitulus* colitur contra legem v. 8. &c. *faciem* Dei non potest videre homo & vivere, ver. 20. *Lex saxea*, lex tabulis saxeis inscripta datur Mose à Deo, ver. 28. *sponse* facta oblatio à populo ad tabernaculi ornatum.

(a) De hoc Oros. lib. 1. *Protektor depressorum* & *ultor contumacium* Deus divisit subito rubrū mare ac, dilatatis utring, marginibus rigentium undarum, in montis faciē latera erecta suspendit, ut inoffensi spe limitis provocati piā viam in sperata salutis, impii foveam in sperata mortis intrarent.

Aulea



*Aulea* conficiuntur. *arca* fœderis conficitur  
 vers. 1. &c. *labrum* chalybeum concinnatur v. 8.  
*legmina sacra*, id est, vestes tegendo Aharoni ad  
 Moſen afferuntur: *locant*, erigunt & disponunt  
 tabernaculum. (XL.)

IN LEVITICUM.

**L**EVITICUS à tribu Levitica sacerdotali & sacra  
 nuncupatur: quoniam in eo Leviticæ ceri-  
 moniæ de rebus, personis & actionibus sacris ex-  
 plicantur, id est, quæ à Levitis, tanquam ordina-  
 riis sacrorum ministris, ex Dei præscripto pera-  
 gebantur. A principio nominatur *Vajirâ* i. e. *Et*  
*vocavit*. Quæ in hoc libro scribuntur, uno men-  
 se sunt gesta, nempe initio anni secundi post exi-  
 tum ex Ægypto.

1	2	3	4	5
Lex holocausta, molam, grates, pro crimine, sacra,				
6	7	8	9	10
Ustio, votivis, unctio, flamma, foci,				
11	12	13	14	15
Pura, puerperium, lepra, qua mundatio, fluxus,				
16	17	18	19	20
Hircus, sanguineû, turpia, sancta, mala,				
21	22	23	24	25
Funera, sacra quibus, festi, blasphemus, Et anni,				
26	27			
Plaga, vota. Tribus jungito sena quater.				

EXPLICATIO.

**L**ex holocausta voluntaria offerendi *molam*, id  
 est, sacrificium cibarium: *grates* quomodo a-  
 gendæ

gendæ sacrificiis, quæ eucharistica dicuntur: *pro crimine sacra*, sacrificia pro peccato.

*Ustio* holocaustorum præscribitur v. 2. *botibus* sacris & aliis eucharisticis lex ponitur v. 6. *unctio* tabernaculi & eorum, quæ in eo, item capitum sacerdotum v. 11, 12. *flamma* holocaustum absumit v. 24. *foci* profana flamma loco sacri ignis à filiis Aharonis illata vers. 1. & c. (X)

*Pura* animalia quænam? *puerperii* leges v. 12. *lepra* quomodo judicanda seu cognoscenda: *quæ mundatio* lepræ? *fluxus* seminis quomodo purgandus?

*Hircus* in desertum dimittendus v. 10. *sanguinem* nihil edendum v. 10. *turpia* conjugia vetantur: *sancta* corda postulat Deus v. 2. *mala*, id est, pœnæ contra certa quædam peccata. (XX)

*Funera* quænam obvianda sacerdoti? v. 2. *sacra* quibus edere liceat: *festi* dies: *blasphemus* lapidibus obruendus, v. 14. *Et anni* septimus ac jubilæus.

*Plage*, pœnæ in transgressores legis: *vota*, quomodo æstimanda?

---

IN LIBRUM NUMERORUM.

**H**unc librum Græci vocarunt, ἀριθμοί, id est, *Numeros*, quod in prima ejus parte instituitur numeratio populi Israëlitiæ per Moysen & Aharonem. Quia prima ejus vox est *Vajedaber*, id est, *Et loquitur* est: inde vulgaris est apud Judæos appellatio. Continet autem summam res gestas & leges latas ab initio mensis secundi post exitum

exitum ex Ægypto usque ad initium mensis undecimi anni quadragesimi. Historia est igitur annorum xxxviii. & paulo amplius.

1	2	3	4	5	
Summa, castra, Levis, post munia, zelotypusq;					
6	7	8	9	10	
Nazareatus, dux, sacra, pascha, tuba,					
11	12	13	14	15	
Coturnix, Maria lepra, Sammu, fletus, odores,					
16	17	18	19	20	
Dathan, virga, Levis, rufa jubentia, perra,					
21	22	23	24	25	
Serpens, vox asina, Bileami, vota, meretrix.					
26	27	28	29	30	
Summa, Selophadides, res sacra, festa, bovem,					
31	32	33	34	35	
In Midianitas, RuGaMan, via, finis, asyla,					
36					
Maebirides. Capitum sex, deciesq; trium.					

## EXPLICATIO.

**S**umma populi recensio castra quomodo ordinanda. Levis trib. descriptio: post, id est, postea, munia, id est, officia Leviticæ tribus: Zelotypusq; si quis fuerit, quid agendum 14. & c.

**Nazareatus**, lex de Nazaraeis: **dux**, id est, princeps quisque offert munus suum ad sacrum ministerium **sacra** sacri ritus, quibus levitæ consecrati: **pascha** quomodo mundis ordinariè, & imundis extraordinariè celebrandum: **tuba** sacerdotales ad convocandum cœtum, & c. (X)

**Coturnix** differitur ad castra copiosè v. 31. **Maria lepra**, quod murmurasset contra M. osen. **Sammu**

mu

*mo* explorator premittitur cum aliis in terram Chananaam: *fletus* oritur in populo, famam de gigantibus acceptam ver. 1. &c. *odores* grati Deo offerendi v. 7. 10. 13. 14. 24.

*Dathan* Cora & Abiramus terram hiati patefactam absorbentur. v. 31. 32. *Virga* Aharonis flores emiserat v. 23, *Levis* tribus officia proponit Dominus. *rufa iuvencæ*, seu junix quomodo jugulanda, & cinis aspersio ex ea conficiendus: *petra* bis percutitur à Mose ex diffidentia, v. 11. (XX.)

*Serpens* æneus exaltatus à Mose ver. 9. *vox asina* reprehendentis Bileamum auditur v. 28. &c. *Bileami* irritus Israëlitis maledicendi conatus: *Vota* Bileami benedicentis Israelitis: *meretrix* cum scortatore transfigitur v. 8.

*Summa* Israëlitarum recensita: *Selophadides*, filie Selophadi accipiunt jus possessionis vers. 7. *res sacra* sacrificia & festi dies præscribuntur: *festiva* sacrificia, præter ordinarias oblationes in festis offerenda: *obvens* persona quomodo obligata? (XXX)

*In Midianitas* bellum gestum; *Rugaman*, familiarum Rubenis, Gadi & dimidiatæ tribus Manassis hæreditas: *Via*, id est, profectio Israëlitarum varia describitur: *finis*, id est, terminus Chananae, tradendæ novem tribubus & dimidiæ: *asyla* constituta.

*Machirides*, filie Machiris nubunt tribulibus, vers. 11.

---

IN DEUTERONO.

M I I I M.

**D**euteronomium Græcis sonat *deútes gov nómos*, id est, secundam legē. Et sic appellatur, quia in eo lex inter rerum præteritarum commemorationes repetitur, propter eos, qui in deserto nati fuerant & primam legis promulgationem in Ægypto nō audiverant, etsi quædam etiam in hoc libro sunt leges, in prioribus nō traditæ. Vox in vulgata versione Latina ex LXX. interpretibus legitur *cap. 17. & 18. Postquam rex sederit in solio regni sui, describat sibi deuteronomium legis hujus in volumine.* in Hebræo est *משנה התורה*, id est, *iterationem legis*. A primis vocibus est appellatio Judaica *Elle haddeharim*, h. e. *Hac illa verba.* Etiam nominatur *ספר תוכחות* i. e., *liber reprehensionum* seu *objurgationū*: quia in eo Moyses graviter arguit populum. Et *cap. 28.* est *פרשת תוכחות*, i. e., *sectio objurgationum.* Caterum hic liber exponit res gestas ab initio mensis xi, usq; ad vii. diem mensis xii. anni xl. ab exitu ex Ægypto.

1 2 3 4 5  
Commemorat, Sihon, Ogus, fac iussa, decemq;

6 7 8 9 10  
Natos, in statuas, vivere, causa, time.

11 12 13 14 15  
Pono duo, ritus, planus, interdictio, pauper,

16 17 18 19 20  
Judex, rex, doctor, testis, ut arma ferat.

21 22 23 24 25  
Interto, mulier, fanus, divorcia, castè,

26 27 28 29 30  
Primitia, dira, pœna, benigna, dabit,

*Deficiens, carmen, benedictio, mors, Numerantur*

Hoc quinto decies ter, duo bisq; libro.

EXPLICATIO.

**C**ommemorat Moses quædam historica, *Sihon* rex Hesbonis captus v. 34. *Ogus* rex Basanis devictus v. 4. *fac jussa, observa præcepta* v. 40 &c. *decemq;* præcepta repetuntur.

*Natos* i. e. filios institues de præceptis Dei, v. 7. *in staturas* ferrum & ignis immittendus, ut succidantur & comburantur, vers. 5. *si vere* hominem non solo pane: causa datæ terræ Chananæ non est Israelitarum justitia vers. 4. 5. 6. *time DOMINUM* Deum tuum, vers. 17. (X)

*Pono duo*, propono benedictionem aut maledictionem v. 26. *ritus* quidam in sacris & communibus cibis: *planus*, id est, impostor seu falsus propheta apostatæ auctor quomodo plectendus, v. 5. *interdictio* immundorum animalium: *pauper* non deserendus v. 7. &c.

*Judex* in singulis locis constituendus & qualis v. 18. *rex* qualis esse debeat, v. 1. *doctor*, seu propheta Christus, v. 18. 19. *testis* unicus non audiendus, vers. 13. *ut arma feras*, quomodo bellum gerere debeas. (XX)

*Incerto* auctore confossus si quis fuerit, quomodo cædes expianda, v. 1. &c. *mulier* maritata adultera quomodo plectenda, v. 21. *scelus* ne exerceat, vers. 16. *divortia* quædam permittuntur, v. 1. &c. *castè* vivendum est, quum Deus mulieris imputet alienum maritum atrectantis manum citra miser-

fericordiam voluerit amputari.

*Primitia* offerenda Deo, ver. 2. &c. *dira* maledictiones in certa peccata directæ: *pæna* in transgressores legis: *benigna* Dei opera erga Israëlitas Moses recenset, v. 2. &c. *dabit* Deus omnis generis bona obsequentibus. (XXX)

*Deficiens* viribus Moses ante mortē providet reipub. & ecclesiæ: *carmen* docet de Dei beneficiis: *benedictio* tribnum facta à Mose morituro.

*Mors* Moſis.

## DE PROPHEtis.

**P**ropheta est qui prædicat, aliquando latè, qui docet, & qui discit divinas literas. Restricto sensu dicuntur prophetae qui divino instinctu aliquid docent. Ita tota scriptura veteris testamenti vocatur *sermo prophetæ* 2. Pet. 1, 19. Sed aliquando prophetae à Mose distinguuntur, ut sint qui ipsū sequuti sunt scriptores canonicorū librorum in V. T. & hi aliàs officio vel missione prophetae dicuntur, aliàs sola gratia sancti Spiritus. Hinc fit, ut nonnunquam discriminentur *prophetia* & *Spiritus sanctus*. & tunc quidem *prophetia* dicitur ea revelatio, quæ obtingit homini in somniis, aut vigilantibus quidem, sed in ecstasi raptis, ut videat vel virum secum loquentem, vel imaginem, vel saltem vocem audiat. Ita prophetae fuerunt Esaias, Jeremias, Ezechiel &c. *Spiritus sanctus* verò dicitur, eum quis, sensibus integris manentibus, loquitur more aliorum hominum, sed peculiariter excitatus & impulsus à Dei Spiritu. Hoc modo David & alii psalmos suos scripserunt.

pferunt. R. David præfatione in libr. psalmorum ait: Licet Daniel viderit visiones in somniis, tamen, cum expergisceretur, non pervenit virtus eius & scientia ejus ad illas visiones juxta virtutem Esaiæ. Ezechielis & reliquorum prophetarum. Verum Daniel quidem officio non fuit propheticus concionator, sed vir politicus, at revelationis dignitate nihil inferior cæteris prophetis erat. Ideo & ipse *propheta* dicitur Matth. 24. 15. Cæterum prophetae dividuntur in priores & posteriores. Sed non uno sensu ita dicuntur. Nam

I. Prophetae priores vocantur, qui vel ante templum exstructum, vixerunt & docuerunt, vel stante templo primo: & sic posteriores prophetae in templo secundo, aut saltem post deportationem Babylonicam ut Haggæus, Zacharias, Malachias & illorum socii.

II. Prophetae priores aliquando dicuntur, qui historica scripserunt: quorum sunt libri Josuæ, Judicum, Samuelis & Regum. Posteriores autem rerum futurarum vaticinarii, ut Esaias, Jeremias, Ezechiel; & duodecim prophetae minores.

III. Ex prophetis minoribus peculiariter illi dicuntur priores, qui vaticinati sunt durante templo primo: posteriores, qui postea

## IN JOSUAM.

Josuæ liber à præcipua persona & auctore dicitur,



tur, cuius in historia fit mentio, quæ ab ipso quoq; Josua videtur conscripta, usque ad locum de morte ejus. Fuit filius Nunis è tribu Ephraimi, Moſis primò miſter, deinde ſucceſſor, cujus ductu populus Dei è deſerto in terram promiſſam devenit, quam ipſe eis diſtribuit; inſignis typus Joſuæ cœleſtis, hoc eſt, Jeſu Chriſti: cujus & nomen in figura participavit. Nam Joſua & Jeſus idem eſt origine & ſignificatione vocabulum, LXX. interpretes pro יְהוֹשֻׁעַ ſcripſerunt Ἰησοῦς; quod & retinetur in N. T. Act. 7. 45. & Heb. 4. 8. Pro Ἰησοῦς quidem (quod eſt ſervatoris noſtri benedicti nomen) in Siriaca verſione legitur ܝܫܘܥ, ſed & ſic Joſua ille imperatoris Iſraëlitarum vocatur Nehem. 8. 17. Itaq; tripliciter appellatus fuit eadem poteſtate, *Hoseas, Jehosua, Jeſus.* Num. 13. memoratur, inter exploratores terræ eum fuiſſe miſſum, & ibi v. 16. legitur: *Appellabat autem Moſes Hoſeam filium Nunis Jehosuem.* Sub eo res memorabiles in Dei populo ſunt geſtæ per annos ferè xviii. quæ quidem hoc libro Joſuæ continentur. Sepultus dicitur in *כפר חרץ* juxta patrem ſuum Nunem & Calebum filium Jephunnæ.

- |   |    |    |    |    |
|---|----|----|----|----|
| 1   | 2  | 3  | 4  | 5  |
| <i>Mandatum, funis, conſiſtunt, ſana, putantur,</i> |    |    |    |    |
| 6   | 7  | 8  | 9  | 10 |
| <i>Murus, Achan, fumus, fraus, Gibeone ſtetit,</i>  |    |    |    |    |
| 11  | 12 | 13 | 14 | 15 |
| <i>Subvertat, reges, tribuit, Caleb, in Achſa,</i>  |    |    |    |    |
| 16  | 17 | 18 | 19 | 20 |
| <i>Pars, Iolephiadum, ſors, ter, aſyla duo,</i>     |    |    |    |    |

*Arca Levitarum, lis ara, pramonet. Isto*  
Sunt numeranda tibi bis duodena libros

**EXPLICATIO.**

**M**andatum Dei ad Josuam cum promissione,  
v. 1. & c. funis adminiculo Rahaba explora-  
tores per fenestrā demittit: consistunt aquæ Jor-  
danis ingredientibus sacerdotibus v. 16. saxa è  
Jordane in monumentū divini beneficii Gilga-  
le eriguntur: putantur, circumciduntur Israelitæ  
v. 2. & c.

Murus Jerichuntis corruit ad clangorem buc-  
cinarum v. 21. Achan obruitur lapidibus. 25. fu-  
nus Aje urbis, quæ exusta & direpta v. 10. fraus  
Gibeonitarum vitam fœdere obtinentium. Gi-  
beone stetit Sol. v. 13. (X)

Subvertat equos hostium Josua v. 9. reges victi  
ab Israelitis: tribuit, distribuit Josua terram pro-  
missam: Calebus accipit Hebronem in possessio-  
nem v. 14. in Achsa filia præmium urbis Sepheræ  
captæ Calebus statuit v. 16.

Pars Josephiadum id est, hæreditas filiorum Jo-  
sephi, Ephraimi, cap. 16. & Manassæ, cap. 17. pars  
septem tribuum designatur à geodætis, cap. 18. &  
assignatur, cap. 9. ter asyla duo, sex asyla, seu civi-  
tates refugii nominantur. (XX)

*Arca Levitarum* recensentur: *lis ara*, contro-  
versia de extracto altari communionis symbo-  
lo: *pramonet* Josua Israelitas ante mortem de i-  
pforum erga Deum officio v. 14.

IN LIBRUM JUDICUM.

Judicum liber dicitur, quoniam res in populo Israelitico gestas sub iudicibus seu vindicib. libertatis describit & quidē post tempora Josue usque ad Elim; per annos cccxix.

Judices autem sunt isti

Othniel per annos	40
Ehud & Samgar	80 cap. 3.
Debora	40 cap. 5.
Gideon	40. cap. 8.
Abimelechus	3. cap. 9.
Thola	23.
Jair	22. cap. 10.
Jephtha	6.
Ibzan	7.
Elon	10.
Abdon	8. c. 12.
Samson	20. ca. 16.

Ceterum post Mosen fuerunt ordinarii iudices trium generum, nempe.

LXXI. qui dicebantur synedrium magnum: & hi posteriorib. temporibus judicabant Hierosolymis, nim. 70. seniores & unus pæfectus Mosis loco. Qui inter reliquos 70. eminebat sapientia & auctoritate illi pæfecto, adjungebatur ut secundarius.

XXIII.



XXIII. qui synedrium parvum, in qualibet urbe, quæ haberet 120. incolas: & hi de rebus capitalibus judicabant.

III. in qualibet urbe, quæ minor erat 120. incolis seu patribus familias; & hi causas pecuniarias decidebant.

Judices autem illi, quorum hoc libro fit mentio, extra ordinem à Deo excitabantur, ut per eos populū suum à pressuris hostilibus liberaret. Hi erant bellici imperatores: &, milite dimisso, ferè tanquam privati vivebant. Scaliger in 3. canon. Isagog. scribit: *Quos Athenienses ἀρχοντας διὰ βίης i. e. archontas q. imperantes dicas per vitæ tempus: eos Hebrai & Tyrii Sophetin, Carthaginensis Tyriorum colonia Suphet eodē verbo appellabant, id est, κριτὰς judices. Tertullianus quum librum *Judicum* librum *Censorum* vertit, nō plenè satisfacit notioni verbi, Græci rectè ἀρχοντας διὰ βίης vocaverunt. Philon βίβλον κριμάτων librum *Judiciorum* potius quàm κριλῶν *Judicum*, quemadmodum quidam βίβλον τῶν βασιλειῶν librum *regnorum* maluerunt, quàm τῶν βασιλείων *regum*. Cæterum liber *Judicum* vulgò à Samuele propheta scriptus existimatur.*

1	2	3	4	5
Ordo,	flent,	Ehud,	transfixus	Sisera,
				carmen,
6	7	8	9	10
Dux	Gideon,	lambunt,	non data,	spina,
				redit,
11	12	13	14	15
Jephtha,	Ephraim,	Mano,	Philistia,	Lechi,
				Samson

16 17 18 19 20

*Samson obit, Michas, à Dane, Giba, cadit,*

21

*Virgine de rapta Benjaminita recrescit.*

Ter septem capitum narrat hic acta liber.

## EXPLICATIO.

**O**rdo militaris à Deo constituitur v. 2. & c. *flens* Israëlita post reprehensionem à nuntio Dei v. 4. *Ehud* occidit Eglonem ver. 21. *transfixus* *Sisera* à *Jaële* v. 22. *carmen* epinicium *Deboræ*.

*Dux Gideon* vocatur à Deo: *lambunt* trecenti viri aquam manu, quos retinet *Gideon* militaturos contra *Midianitas*: *non data* à *Succanis* & *Phanuëlitis* cibaria *Gideoni* petenti pro militibus ver. 8. *spina*, id est, cynosbate, regna super nos ver. 14. *redit* populus resipiscens ad Deum ver. 10. (X)

*Jephtha* filiam, secundum votum, conjugio privat ver. 41. *Ephraim* linguæ vitio proditi occiduntur: *Manoa* cognoscit ex angelo, quemodo *Simson*, cujus nativitas promittebatur, sit educandus v. 12. *Philistia* puella nubit *Samsoni*: *Lechi* appellatur locus, unde fons prodit, projecta maxilla asini, quâ mille viros *Samson* occiderat.

*Samson* obit subruens columnas & opprimens *Philistæos*: *Michas* idololatra cum matre: à *Dano* *Laisa* urbs capitur: *Giba* gravi flagitio contaminatur v. 22. 25. *cadit* tribus *Benjaminis* v. 44. (XX)

*Virgine de rapta*, prælio cum *Jabesitis* commisso, *Benjaminita* recrescit, id est, posterius *Benjaminis*

C

instau

instaurantur, quum Israëlita recusarent illis filias collocare in matrimonia.

---

IN LIBRUM RUTHÆ.

**H**istoria, quæ hoc libello recitatur, in iudicium tempora incidit, quod Hieronymus in prologo galeato asseruit. Ruthæ autem liber dicitur & præcipua persona, quæ piæ socri Noomi constantè adhæsit, cum Horpa reverteretur ad Moabitam. quam Horpam volunt Rabbinii esse matrem Goliathi, quæ dicitur Harabba: tanquam David & Goliathus sint eadem fœminina linea, ille per Rutham, hic per Horpam. Sed sæpe & ex levi occasione multa fingunt. Ad hoc autem præcipuè liber Ruthæ conscriptus existimatur, ut seruiat genealogiæ Christi continuandæ. Is enim ex Davide descensusus erat, A Samuele etiam hic liber scriptus putatur.

1

2

3

4

*Rutha sequens, spicas, vindex, Boazus Obedum,*  
Quatuor hic capitum continet acta liber.

EXPLICATIO.

**R**utha sequens socrum, venit Bethlehemam: spicas legit, v. 2. Vindex es, dicit Rutha Boazo, v. 9. Boazus Obedum suscipit ex Rutha.

---

IN LIBROS SAMUELIS.

**L**ibri duo Samuelis dicuntur, & duo regum: qui simul quatuor libri regum vulgò vocantur: à XX, interpretibus ἑ βασιλειῶν, i. e. regnorum. Præverò Samuelis sic appellatur, quod Samuelis

conceptionem, nativitatem & res gestas contineat. Rama, ea, quæ in monte Ephraimo, duobus miliaribus distans ab urbe Hierosolyma, fuit Samuelis patria 1. Sam. 25. v. 1. & 2. Sam. 28. 3. Hæc ipsa videtur esse Arimathæa Luc. 23. 51. ubi Syrus habet רמתא, Sic Targ. 1. Sam. 1. pro רמתים. Benjamin in itinerario suo scribit, corpus Samuelis Rama Siluntē esse translātū Ceterū primus liber Samuelis claudit historiā judicū in *Eli & Samuele*: & incipit regū populi Dei historiā: quæ universa in hoc libro est LXX. annorū, nempe XL. sub Eli, ut habetur cap. 4. v. 18. & totidem sub Samuele ac Saule; ut est act. 13. 21. *Secundus* autem liber Samuelis res sub *Davide* gestas complectitur per annos XL. A diversis prophetis historia est continuata, nec enim à Samuele tota scribi potuit: quippe ejus mors jam lib. 1. cap. 25. narratur. Auctores primi & secundi putātur fuisse Samuel, Nathā & Gad: tertii & quanti Esdras & Jeremias. Sæpe autem multumq; legendi sunt Samuelis ad libri psalmorum intelligentiam & in uignia exempla tum iræ tum misericordiæ Dei.

1	2	3	4	5
Hanna, precans, Eli, lapsus post nuncia, Dagon,				
6	7	8	9	10
Mures, judicium, rex, asinas, oleo,				
11	12	13	14	15
Nabasus, tonitru, malè victima, mella, reserans,				
16	17	18	19	20
David, Goljathus, fraude, propheta, fides,				
21	22	23	24	25
Panes, Doegus, Ziphai, abscessa, Nabalem,				
C 2				Hast. sm

*Hastam, Ziclaga, spectra, revertit, herus,*

*Saulus obit.* Primum dictum à Samuele volumē  
Dena ter ac unum continet ergo caput,

*EXPLICATIO.*

**H**anna petit sobolem à Deo, v. 11. *precans* Deū  
Hum laudat. v. 1. *Eli* denūciatur clades per Sa-  
muelelem v. 18. *lapsus* Eli post nuncia tristia de arca  
capta: *Dagon* prostratus & detruncatus v. 4.

*Mures* aurei capfulæ impositi, & cum arca ave-  
ti v. 11. *judiciū* à Samuele exercitum v. 14. 15. *rex*  
petitur à populo perperam v. 5. 19. *asinas* amissas  
queritat Saulus: *oleo* Saulus ungitur in regem  
Vers. 1. &c. (X)

*Nahasus* Jabefitas invadit, quos Saulus libe-  
rat *tonitru*, quod exortum est ad preces Samuelis,  
territus populus v. 20. &c. *male* i. e. cōtra legē Dei  
*Victima*, i. sacrificium offertur à Saulo v. 9. 10. *mel-*  
*la* edit Jonathan, unde ei periculum nascebatur  
v. 27. *reservans* Amalechitarum regem & opimos  
greges ac armenta Saulus, peccat, v. 9.

*David* ungitur à Samuele v. 14. *Goliathus* fun-  
dā Davidis sternitur v. 50. 51. *fraude* Saulus Davidi  
dat filiam Michalem v. 20. *propheta* Saulus v. 2. *fi-*  
*des* inter Jonathanem & Davidem. (XX)


*Panes* sacros dat sacerdos Davidi v. 7. *Doëgus*  
proditor Davidis & Ahimelechi v. 9. &c. *Ziphai*  
produnt Davidem v. 9. *absfissa* à Davide ala pal-  
lii, quod erat Saulo: *Nabalem* de victu imperti-  
endo David curat compellari v. 5. &c.

*Hastam*



*Hastam* accepit David à cervicali Saulis dormientis: *Ziclaga* residet David v. 6. 7. & c. *spectra* evocat Saulo gratificans mulier Pythonica, videlicet Diabolum, qui mentiebatur habitum Samuelis v. 7. & c. 13. *revertit* David cum suis *Ziclagam*, ut non esset socius belli cum Palæstinis ver. 11. *herus* Amalechita quidam reliquit servū ægrotantem, qui David dux fuit ad Amalechitas persequēdos & percutiendos, v. 13. (XXX)

*Saulus obit*, irruens in gladium suum.



IN LIBRUM II. SAMUELIS.

1	2	3	4	5
Lamentans,	Hasaël,	Abner,	Rechabus,	et omnis,
6	7	8	9	10
Uza,	struet,	Tobis,	Ziba,	repulsus honor,
11	12	13	14	15
Urias,	Nathan,	Amnon,	Thecoana,	fugatus,
16	17	18	19	20
Geraides,	laqueo,	quercus,	Amasa,	Seba,
21	22	23	24	
Ob Gibeonitas, cantat, dux, peste. Secundo				
Sena quater numeres de Samuele libro.				

EXPLICATIO.


**L**amentans David threnodiā pangit de Saulo v. 17. 18. & c. *Hasaël* ab Abnero percussus obiit v. 23. *Abner* benè meritis de Davide occiditur à Joabo v. 17. *Rechabus* pramium latrocinii accipit, jussu Davidis occisus v. 11. & c. *et omnis* Israël, ut Davidem agnoscat regem. v. 1.

*Uza* temere manum admoveans ad arcam, mo-  
ritur v. 7. *struit* non David, sed filius ejus, domū  
nomini Dei v. 13. *Tobis* rex mittit filium suum ad  
Davidem, gratulatum ei de victoria *vers.* 10. *Ziba*  
mandatum accipit à Davide de bonis Saulis in u-  
sum Mephibosethi & filii ejus afferendis v. 13. &c.  
*repulsus honor* consolationis, ab Hanane, injuriā  
affectis legatis Davidis, v. 4. &c. (X)

*Urias*, fidelis subditus à Davide objicitur neci  
v. 14. *Nathan* à Deo missus, reprehendit Davidē:  
*Amnon* peccat in sororem Thamarum, v. 14. &c.  
*Thecoana* mulier à Joabo submissa, pro Absa-  
lomo intercedit: *fugatus* David ex urbe, flet & ce-  
rat. 30. v. 31.

*Gerades*: Simeus, Geræ filius, maledicit Davi-  
di, v. 5. *laqueo* gulam sibi fregit Achitophel, v. 31.  
*quercus* perplexa mulo infidētis Absalomi capil-  
los implicatos retinuit, ut suspensus moreretur,  
v. 9. 10. *Amasa* princeps militiæ nominatur à Da-  
vide, v. 14. *Seba* seditiosus mulctatur capite, quod  
per murum projicitur, v. 21. (XX)

*Ob Gibeonitas* interfectos à Saule fames tri-  
terica immissa, v. 10. *cantat* David de liberatione  
sui ab hostibus: *Dux* Davidis, id est, catalogus du-  
cum exercitus Davidis recensetur: *peste* populus  
affligitur ob peccatum Davidis, v. 15.



## IN LIBROS REGUM.

**L**ibri regum continuant res sub regibus gestas,  
quos prophetae illorum temporum scribendo  
continuarunt. Et primo quidem libro est historia  
de

IN LIB. REGUM.

55

de senectute & morte Davidis; & hinc de quinque regibus Judæ, & de octo regibus Israël. Post Salomonem, qui regnavit annis 40. I. reg. II. 42.

Reges Judæ fuerunt

Rehabeamus per annos	17.	I reg. 14. 2
Abiamus (aliter Abia)	3.	I reg. 15. 2
Asa	41.	I reg. 15. 10
Josaphatus	17.	I. reg. 22. 52

Reges Israël fuerunt

Jerobeamus per annos 21		I reg. 14. 20
Nadabus	1.	I reg. 15. 29
Baasa	23.	I reg. 16. 8
Ela	1.	I reg. 16. 10
Zimris	dies 7.	I reg. 16. 17
Tibni contra Homrin rex institutus mox occisus.		I. reg. 16. 23. 24
Homris anno 11.		I reg. 16. 25
Achabus 21		I reg. 16. 31

Nota, in scripturis unum insuper annum adjectum legi ad eos, quos exprimimus. Sed is hic omittitur: tanquam successoris primus.

Summa temporis, quod complectitur primus liber regum, est annorum 118.

Secundus liber regum continet res gestas XVI. regum Judæ & XII regum Israël.

Reges Judæ fuerunt

Joramus annos 12.		II reg. 8. 26
Achazias	1.	II reg. 8. 26
Athalia tyranna 6.		II reg. 11. 3
Joasus	39.	II reg. 12. 2
Amazias	17.	II reg. 15. 2

C 4

L. 2160

<i>Uzias</i>	52.	<i>II reg. 15. 33</i>
<i>Iothamus</i>	15.	<i>II reg. 15. 2</i>
<i>Achazus</i>	14.	<i>II reg. 16. 2</i>
<i>Ezechias</i>	29.	<i>II reg. 18. 2</i>
<i>Manasses</i>	55.	<i>II reg. 21. 19</i>
<i>Amon</i>	2.	<i>II reg. 21. 19</i>
<i>Josias</i>	31. ann.	<i>II reg. 22. 1</i>
<i>Joachazus</i>	3. mens.	<i>II reg. 23. 31</i>
<i>Jehojachimus</i>	11. ann.	<i>II reg. 24. 1</i>
<i>Jehojachin</i>		<i>II reg. 22. 10</i>
<i>Zedechias</i>	11.	<i>II. reg. 25. 1</i>

Inde ad *Iojachinem ebedum* an. 26. *II. reg. 25. 30*

Nota. Si *Jehojachimus* annos 11. & *Zedechias* totidem regnavit. & si *Hiërosolymorü* expugnatio facta est anno 18. *Nabuchodonosoris*: necesse est, ut quartus annus *Jehojachim* dicatur primus *Nabuchodonosoris*. *Ierem. 52. v. 11. & 29.*

#### Reges Israëlis

<i>Achazias</i>	ann. 1.	<i>I. reg. 22. 52</i>
<i>Joramus</i>	11.	<i>II reg. 8. 25</i>
<i>Jehus</i>	28.	<i>II reg. 10. 36</i>
<i>Jehoachazus</i>	15.	<i>II reg. 13. 1</i>
<i>Joasus</i>	16.	<i>II reg. 13. 10</i>
<i>Jarobeamus</i>	41.	<i>II reg. 14. 23</i>
<i>Zacharias</i>	6. mens.	<i>II reg. 15. 8</i>
<i>Sallumus</i>	1. mens.	<i>II reg. 15. 13</i>
<i>Menahemus</i>	10.	<i>II reg. 15. 17</i>
<i>Pecachias</i>	20.	<i>II reg. 15. 27</i>
<i>Hoseas</i>	17.	<i>II reg. 15. 30</i>

Versus in lib. I. Regum.

1                    2                    3                    4                    5  
 Rex *Saiomon*, monitu, *Pharao*, disponit, ad eadem,  
 For-

6 7 8 9 10

*Forma domus, arcam, munera grata, Seba,*

11 12 13 14 15

*Fœmina, dat vitulos, falsus, fallaciter, Asa,*

16 17 18 19 20

*Simrius, à corbis, mactat, aqua, Syria,*

21 22

*Nabothus, cecidit per praelia victus Achabus.**Primus habet regum dena bis atque duo.*

## EXPLICATIO.

**R**ex constituitur Salomon à patre, & ungitur, v. 39. *monitu* instruit David Salomonē, ante mortem: *a Pharao* dat filiam suam nuptum Salomoni *v. 1. b. disponit* Salomon sapientiā suā omnia ad politiam, militiam, ecclesiam, & œconomiam spectantia: *ad eam* struendam Deo, materiam à Tyri rege petit Salomo.

*Forma domus*, id est, templi, describitur, & privatarum publicarumque ædium ratio, cap. . . & 7. *arcam* Sione in templum transferunt sacerdotes v. 6. *munera grata* pro officiis rependit Salomo regi Tyrio: *Seba* regina venit ad Salomonem. (X)

*Fœmina* fœminæ superinducta, facit Salomonem puri cultus desertorem *v. 1. c. dat vitulos* duos aureos, Jeroboamus populo in cultum, ut abstrahere


C 5 trahe-

*a Si malis, lege*, moritur David, & certis præceptis successorem filium instituit. *b Si malis, lege* storgen credit sapientia Salomonis. *c Si malis, lege*, Electit amor alienigenarum fœminarum Salomonem ad idololatram iam

traheret eum ab Hierosolymitano templo v. 2. 8. *falsus* quidam propheta, oraculi prætextu, à leone perimitur v. 24. *fallaciter* uxor Jeroboami dissimulato habitu, adit Ahiam, consultura eum de filii ægritudine v. 4. &c. *Aša* mali patris bonus filius repurgat politiã & ecclesiam v. 11. 12. 13. 14.

*Simrius* Elam occidit & se comburit v. 12. 20. à *corvis* pascitur Elias v. 6. *massat* Elias Baaliticos sacrificos, v. 40. *aqua* ampulla cum tosta placenta affertur Eliæ ab angelo v. 6. *Syria* res Benhadadus in montibus & planitie vincitur. (XX)

*Nabothus* summa cum injuria lapidatur vers. 13. *cecidit per praelia victus Achabus*, quum, contempto Michæ responso, contra Syros militarum proficisceretur.



## IN LIBRUM II.

## REGUM.

1            2            3            4            5  
Ecronis, curru, dat aquas, eolocynthides, uzdis,

6            7            8            9            10  
Enatat, annonam, rex Hasaële, Jebu,

11          12          13          14          15  
Joasus, templum, leuat ossa, superbus, Asarja,

16          17          18          19          20  
Achabi, Hoseas, Hiskia, strage, decem,

21          22          23          24          25  
Amon, Josias, renovat, Babylonia, servos.

Alter habet regum quinq; ter, atq; decem.

## EXPLICATIO.

**E**cronis idolum de morbi sui exitu consulit Ahasi.

halias v. 2. *curru igneo* Elias vehitur in caelum  
 v. 1. *dat aquas* Elifaeus miraculo, ad reficiendum  
 exercitum *vers. 17. 20. cotocynthides* coctæ, mira-  
 culo suaves redduntur ab Elifæo *vers. 41. undis*  
 Jordanis Nahaman septies merfus, lepram eluit  
*vers. 14.*

*Enatat* ferrum ex aquis *vers. 6. annonam* mira-  
 biliter in summa inopia procurat Dominus: *rex*  
 Syria Benhadadus *Hafæle* nimium confusus, quæ  
 non retulit bonâ fide, quod mandatum erat à  
 propheta, v. 10. 14. *Iebu* Ahabi familiam interi-  
 mit: interim idololatra manet *cap. 9 & 10. (X)*

*Joasus* rex creatur, *Joadæ* instituto: *templum*  
 instaurandum curat: *levat ossa*, id est, surgit  
 quidam mortuus projectus in sepulchrum Elifæi  
 attactis ejus ossibus *vers. 21. superbus* Amasias non  
 necessario bello moto vincitur, v. 12. *Asarja* rex  
 leprofus.

*Achas* impius imitator gentilis cultus, ver. 10.  
 &c. *Hoseas* malè regnat, populo miserabiliter  
 gentium ritibus foedato: *Hiskia* pius ab Assyrio  
 affligitur: *strage* angelicâ funduntur Assyrii, v. 35.  
*decem* gradibus umbra retrocedit in solatio A-  
 chazi, v. 11. (XX)

*Amon* cultor stercoreorum deorum, domi suæ  
 à servis occiditur, *vers. 21. 22. 23. Iosias* pius lectio-  
 ne libri legis religiosè afficitur: *renovat* foedus  
 cum Deo, templum & regnum repugnans: *Baby-*  
*lonia* servos accipit Judæos, id est, *Nebucadnezar*  
 abducit in captivitatem primò *Joachinem*, de-  
 inde *Zedechiam*, reges; cum populi parte præ-  
 stantiore. *cap. 24, 25.*

---



---

 IN LIB. CHRONICO.

RUM.

**L**ibri Chronicorū dicuntur, quia in illis narratur, quo χρόνος, id est, tempore res memorabiles in rep. populi Dei evenerint. Vox Latine sonat annales. Aliter παραληπόμενα, id est, prætermissa à Græcis vocantur: quòd ibi contineantur quædam prætermissa in libris regum. Non est autem ille chronicorum liber, cuius sepe mentio fit in libris regum: sed ejus epitome videtur esse, conscripta ab Esdra, postquā populus Iudæus post captivitatem Babyloniam, duce Zorobabele & sacerdote Josua, Hierosolymam redierat, id quod ex fine colligitur. Liber primus continet ortum & propagationē gentis Israëliticæ, usque ad regnum Salomonis, per annos 2985: secundus à Salomone ad annum reditus à captivitate Babylonica, hoc est, res gestas per annos 472. Ita ultimus annus cum historia Esdræ est communis.

Summa sic habet

De primo libro

(XX) Genesis	2368
Exodus	142
Leviticus, Numeri, Deuteronom.	39
Josua	17
Judicum	299
I. Samuelis	80
II. Samuelis	40

De secundo

A Salomone ad deportationem Iechoniae sunt  
anni 401



*Captivitatis tempus*

70

*Cyri regis Perfidis*

2

---



---

 IN LIBRUM I.  
 CHRONIC.

I	2	3	4	5
Ada,	Jacobigena,	David,	Iudasq;	Reuben,
6	7	8	9	10
Et Levis,	Isaschar,	Saul,	status,	emoritar,
11	12	13	14	15
Rex David,	bellis,	Uzam,	Tyrus,	locus arca,
16	17	18	19	20
Carmen,	non templum,	dona,	Syria,	gigas,
21	22	23	24	25
Dinumerat,	templum,	Levis,	ordo,	Musica sacra,
26	27	28	29	
Ianitor,	legio,	de Salomone,	Vocat.	

## EXPLICATIO.

**A**da cum posteris *Ἰσραηλογενῆται* i. e. ejus genus recēsetur usq; ad Iacobū: *Iacobigena*, posterii Iacobi: *David* cum suis posteris & successoribus: *Iudasq;* & Simeon cum suis: *Reuben*, *Gadus*, & *Manassis* dimidia tribus.

*Et Levis* familia: *Isaschar* cū suis: *Saul* cum majoribus & posteris ex Benjaminitica tribu: *status* civilis & ecclesiasticus Hierosolymorum ē de portatione describitur: *emoritur* Saulus v. 13. (X)


*Rex David* electus, felix bellator: *bellis* apti, qui se Davidi adjunxerunt tempore exilii. *Uz* ā occidit Deus, quum apprehenderet arcam: *Tyrus* rex in Davidem officiosus vers. 1. *locus arca* à Davide destinatur.

*Carmen* in deportatione arcae cantatum: non templum ædificare debuit David vers. 4. dona Davidis ad juvandam structuram templi: Syriq; fugiunt à facie Joabi, & Ammonitæ à facie Abisæi: gigas quidam monstrosus cū aliis duobus interficitur. (XX)

*Dinumerat* David populum per Joabum: templum ædificandi adjumenta procurata à Davide: *Levis*, Levitarum recensio: *ordo sacerdotum*: *Musica sacra* describitur.

*Janitor* templi janitores: *legio*, legiones ordinariae cum ducibus: *de Salomone* rege futuro monet David praefectos: \* *provocat*, provocat suo exemplo David Israëlitarum ordines ad juvandam sua libertate templi structuram.

\* *Provocat potest etiam legi Deum, quem David 6. 15. 17. describit ex attributis.*



## IN LIB. II. CHRONICORUM.

1	2	3	4	5
Rex sapiens, opera, locus, ornamenta, sacerdos,				
6	7	8	9	10
Orat, sacrificans, audit, adit, juvenes,				
11	12	13	14	15
Abstinet, Æthiopes, Abija fit, Asa, monetur,				
16	17	18	19	20
Ad medicos, nati, Micha, themis, precibus,				
21	22	23	24	25
Joramus, latitans, Achahja, Joasus, Amasja,				
26	27	28	29	30
Ufias, Jotham, Chiskia, pascha facit,				

31      32      33      34      35  
*Lucos, insultans, magicus, Josija, celebrat,*

36  
*Cyrus. Triginta sex numerata legas.*

*EXPLICATIO.*

**R***ex sapiens, Dei dono, est Salomo: opera ad tē-  
 pli structuram: locus templi v. 1. ornamenta  
 templi intestina: sacerdos jussu Salomonis in san-  
 ctum sanctorum arcam intulit v. 7.*

*Orat Salomo coram congregatione v. 12. 14.  
 sacrificans Salomo, domum Dei consecrat vers. 5.  
 &c. audit, exaudit Deus preces Salomonis vers. 1.  
 audit regina Sabæ Salomonem: juvenes præ seni-  
 bus perperam audit Roboamus. (X)*

*Abstinet Rehabeamus bello in Israëlitas, Dei  
 jussu: Æthiopes cum Ægypti rege spoliant Hie-  
 rosolymā. Abija fit rex, & prosperatur. Asa, invo-  
 cata Dei ope, Æthiopes fundit: monetar Asa per  
 prophetam & reformationis operi instat.*

*Ad medicos Asa confugit, non requisito DEO  
 vers. 12. nati Asa Josaphati pietas qua patrem ma-  
 jorem Davidē sectatus est, vers. 5. Micha propter  
 veritatem in odio est: themis, id est, jus & justitia  
 in regno Josaphati: precibus obtinet Josaphatus  
 victoriam contra Moabitas. (XX)*


*Joramus mala agens, mala patiens: latitans sex  
 annis Joasus in domo Dei: Athalja mortem vitā  
 dignam oppetit v. 15. Joasus vivente Jojadā bo-  
 nus, postea corruptus, a servis interimitur: Amas-  
 ja elatus felici successu, it se perditum.*

*Ufias sacerdotiū invadens, leprā percutitur:  
 Johā feliciter regnat: Chiskia succedens impio  
 patri,*

patri restituit purū Dei cultū, cap. 28. & 29. pascha facit, convocato ad id Iudā & Israële: (XXX)

*Lucos & alia idololatrīca succiderūt: insultās Hiskīæ, Sennacheribus, exercitu, & deinceps vitā privat: magicus Manasses resipiscit: Iosija pius rex est: celebrat pascha.*

*Cyrus favens populo Dei, templum reedificari jubet.*



## IN LIB. ESDRÆ.

**E**sdras Hebraicè scribitur *עֶזְרָא*, tanquā Auxiliatorē dicas: ex posteris Eleazaris, qui fuit filius Aharonis. Hic Esdras fuit sacerdos & legis peritus celebris, qui regis Artaxerxis benevolentia adjutus res Iudæorū captivitate Babylonica attritas magno studio instauravit; & tanquam alter quidam Moses, Israëlitas pro parte sua inde eduxit & Dei notitia ac pietatis documentis informavit. vide cap. 7. De eo Iosephus antiq. Iud. lib. 11. c. 5. *Hoc (Xerxe filio Darii) regnante pontifex erat Ioachimus Iesu filius: apud Babylonem serò de gentium Iudæorū primarij sacerdos erat Esdras, vir justus & de quo optimus rumor fuit apud populum.* De eo tradunt veteres, quòd divinas literas descripserit Asfyriacis characteribus, quos nunc habemus, cum antea aliæ essent literæ in usu apud Hebræos, quas Samaritani retinuerunt. Esdræ sepulchrum ajunt esse in Persiæ urbe Samura, cum ibi mortuus esse, postquam Hierosolymis eò ad Artaxerxem regem venisset legatus,

legatus, anno 100. exitus ex Ægypto, decimo die mensis Tebeth, seu Decembris. Continuatur historia chronicorum: nempe ab edicto Cyri usq; ad annum 19. Artaxerxis Mnemonis. Comple- titur res gestas per annos CXLVI,

<i>Cyri cum Cambyse</i>	9
<i>Magorum</i>	1
<i>Darii Hystaspis</i>	36
<i>Xerxis</i>	23
<i>Artaxerxis Longimani</i>	49
<i>Darii Nothi</i>	19
<i>Artaxerxis Mnemonis</i>	19

De his Persidis regib. Cyro, Cambyse, Smer- di, est *Dan. 11. 2.* De Dario Hystaspis *Dan. 1. 2. Esdræ 4. 5.* de Xerxe *Dan. 11. 2. Esdræ 4. 6.* Hic Estheræ maritus fuit. De artaxerxe Longimano *Esd. 4.* de Dario Notho *Esd. 4. 24.* de Artaxerxe Memo- re *Esd. 7. Nehem. 1.* De Dario Codomanno *Nehem. 12. 22.* Inter Memorem & Codomannum fuit *Achos* seu *Ochos*, cujus mentio non fit in sa- cris literis Scaliger. l. 6. de emend. temp.

1            2            3            4            5  
*Ut redeat, populus, festum, hostes, edificantes,*

6            7            8            9            10  
*Ne noceant, Esdræ, sacra, jugale, rei.*

**EXPLICATIO.**

**U***T redeat* populus Hierosolymam, permittit Cyrus. *populus* ascendens è captivitate recen- setur: *festum* tabernaculorum celebrant Israëli- tæ reduces: *hostes* Judæorum frustra templi stru- cturam conantur impedire: *edificantes* pergunt, **contra**

contra vicinorum interpellationem.

*Ne Noceant* vicini Israëlitis in tēpli structura, præcipit Darius: *Esdram* Artaxerxes subsidiis instructum Hierosolymam mittit: *sacra* peraguntur, id est, offeruntur sacrificia: *jugale* fœdus, i. e. conjugia Israëlitarum cum alienigenis, deplorat Esdra: *res* violatæ legis de non ducendis alienigenis resipiscunt.

---

IN L. NEHEMIAE.

**L**iber hic vulgò vocatur secundus Esdræ. Nehemiæ autem liber dicitur à præcipua persona quæ multum in rerum Judaicarum restitutione laboravit. Fuit autem Nehemias dux populi Dei, qui cum temporibus regis Darii Nothi vixerit sub Eliafibo pontifice & ad ultima tempora monarchiæ pervenerit, eum majorem 120 annorum decessisse necesse est. Ab initio enim Darii Nothi ad cladem Persarum ad Gaugamela anni sunt non minus 93. Neque verò putes Nehemiam hunc esse eundem cum illo, cujus mentio Esdræ 2.2. Nehem 7.7. Alius enim est, certè Nehemia sub Eliafibo Pōtifice refecit muros Hierosolymorum. Eliafibi autem est nepos Josuæ pontificis. Duæ ergo generationes à reductione captivitatis ad instaurata mœnia, transierant, qui ut minimum sunt anni 144. Totidem verò sunt anni à reductione captivitatis, ad vicefimum annum Artaxerxis Memoris. Hæc ex Scalig. lib. 6. de e nendar. tempor. Describitur autem

autem hic instauratio Hierosolymarum & populi reducis ac divini cultus reformatio. Est historia Lv. annorum à xx. anno artaxerxis Mnemonis, usq; ad regnum Darii Codomanni. Igitur à Cyri excessu usq; ad finem monarchiæ Persicæ sunt anni 200.

A vigesimo <i>Artaxerxis Mnemonis</i> ad finē	
usq; anni	24
<i>Darii Ochi</i>	23
<i>Arsenis</i>	3
Cui successit <i>Darius ultimus</i> & regnavit	
annos	5

1	2	3	4	5
Luget, restaurat, structura, missile, lenit,				
6	7	8	9	10
Obstant, ordo, datur lex, respiscit, inquit,				

11	12	13
Sorte, sacerdotes, præbe commissâ reformat.		
Hic tredecim capitum nascitur ergo liber.		

## EXPLICATIO.


**L**uget Nehemias & orat: restaurat Hierosoly-  
ma populus animatus à Nehemia: *structura* de-  
scribuntur: *missile* manu alterâ tenebat populus,  
alterâ agebat in opere *Vers. 17.* lenit opera publi-  
ca Nehemias, institutâ *σφοδρα δειλα* †

*Obstant* hostes iterum ædificationi: *ordo* eo-  
rum

† *σφοδρα δειλα* à Diogene in Solone describitur *ἀ-  
τρωσις σωματων ηγη κλημάτων*, hoc est, corpo-  
porum & possessionum liberatio. Sonat excussio-  
nem oneris, sc: debitorum, ut, publici boni causâ,  
remitterentur.

rum, qui reverterant Hierosolymam: *datur lex*  
 ab Esdra: *resipiscit* populus post lectionem legis:  
*init* fœdus cum Deo. (X)

*Sorte* ordinantur incolæ Hierosolymis: *sacer-*  
*dotes* describuntur: *pravè commissâ* reformat Ne-  
 hemias, restituendo cultum externum, sabbati  
 sanctificationem, conjugiorumq; puritatem.



## IN L. ESTHERÆ.

**N**Omē huic libro est à potiore personā. Mar-  
 dochæum ej9 auctorem esse putant ex cap.  
 9. *Vers. 20.* Quæ autem docet, gesta sunt sub As-  
 suero: nempe quum Judæi sub Persis, Medis, Af-  
 syriis & Chaldæis in exilio agerent. Historia  
 est fere annorum xx. Sciendum autem est, il-  
 lum Assuerum fuisse Xerxem. Scaliger animadv.  
 in Eusebium scribit ad nomen Xerxis. *Hic est, qui*  
*Ασσηρης* vocatur, quū tamen pro ratione apicum  
*Βοβαλιου* & οξυαρης sit & Αξαρης, qui Xerxes  
 distortionē Græcis solenni dict9 est. Hic est vir Esthe-  
 ris, cujus & nomen quoq; integrum servatū à Græ-  
 cis Αμ-ισγης. Itaq; nullo modo probare possumus in-  
 terpretē Græcū libri Esther, qui pro Assuero, Oxyare  
 aut Xerxe Artaxerxen vertit. Et ta. ē Esdra IIII. 5.  
*Ασσηρης* rectè redditū est: ut appareat, Estheris &  
 Esdra interpretes Græcos diversos esse, aut, si un9 i-  
 demq; interpretes est, is Assuerum Estheris aliū ab As-  
 suero Esdra esse putaverit: quod vix crediderim. Por-  
 rò opiparū illud convivium, quo suos proceres excipit,  
 initio libri Esther, erat apparatus expeditionis in  
 Graciam



ciam. Idem chronol. canon. lib. 3. Artaxerxes ab Agathia vocatur is, qui imperium Parthis ademptū primus Persis restituit. Apud Dionē legitur Αgra-ξέξης solenni librariorū errore, quanquā Αγραξός-ης ἢ Αγραξέξης idē est totidem literis Hebraicis ארתאחורש, cuius membrum prius est ארת, quale est in Artabano, posterius אחורש est ὀξυάης vel Ζέξης, vel Αοσι-ῆς pro apicum varietate, quo nomine maritus Esther vocatus est, cui omnia, quae Xerxi conveniunt, opes, tempus, nomen uxoris, nomen ipsius regis. Quia Graecorum lingua plenè non potest assequi אחורש, ideo, quod erat ξέξης, id ξέξης ipsis est, leniter deflexo in hellenismū barbaro sono, ut pro Αξυάης dixere αγραξῆς, quod rectigē- rat αδεξῆς. Prius membrum ארת unico ξ concipitur à Grecis, Massoritis id nō est litera uni- ca ξ, sed nomen dissyllabon Ahas, ארת. Ideo non parū differunt Assuerus ἢ Xerxes, iisdem ta- mē literis concepta. Αγραξός-ης igitur ἢ Αγραξέξ- ης ἢ Αγραξυάης totidem literis Hebraicè possunt concipi. Tamen apud Nehemiā Artaxasta dicitur, qui Graecis Αγραξέξης. Quare verò septuaginta vi- rum Esther Αγραξέξην vocent adversus fidem He- braici contextus, causam nullam possū comminisci. Oæterum Estheræ familiam colliges ex eo, quod de Mardocheo illius patruēle legitur Esth. i. v. 2' & 3, si illa apocrypha pars veram historiam ha- bet. Scalig. lib. 6 de emend. temp. ait. Kis Benja- minita abductus est Babylonem cum rege Iechonia.

Hujus

Hujus filius Simeï: illius Iairus, pater Mardochei. Mardocheus verò erat patruelis Ester. Entres יעסעו à Nabuchodonosore ad Ester reginã. Et sanè à capto Jechonia ad δίαβασι ξέξου putantur anni 120. vide Esther 2.5 & 11.2, ab anno post laxatã captivitatem, qui primus annus Cyri, sunt anni 52. ad transitum Xerxis & Athenas ab eo incensas.

Cæterum tempus ita computatur.

Xerxes convivium instituit anno 3.

cap. 1.6.3.

Ducit Estheram anno 7.

cap. 2. 16.

Haman in Judæos conspirat & tandem suspenditur anno 12. cap. 3.7. & 7. 10.

Inde ad finem regni ejus Esther regnat & Mardocheus administrationem summam obtinet.

1 2 3 4 5  
Abdicat, Estheram, malus Haman, separat, ira,

6 7 8 9 10  
Annales, post crux, libera, festus, honor.

EXPLICATIO.

**A**bdicat Assuerus regno Vasthin: Estheram assumit ut sit regina: malus Haman contra Judæos: se indicto jejunio parat Esthera, ut intercedat pro Judæis: ira Hamanis in Mardocheum, cui crucem de consilio uxors iparat.

Annales leguntur coram rege, unde occasio est honoris Mardochei: post crux sua cedit Hamani suspendendo: libera potestas à rege datur: Judæis sui contra hostes defendendi: festus dies geminus, Purim, instituitur Vers. 21. & c. honor Mardochei,

## IN LIB. JOBI.

Jobi liber veram historiam continet. Ideò ejus  
 etiam mentio fit *Ezech. 14. 14. & Job. 5. 11.* Vide-  
 tur vixisse, quo tēpore Israēlitæ in Ægypto de-  
 gebant. Nam post latam legem non licuisset  
 alibi quàm coram arca vel tabernaculo Dei sa-  
 crificare, sine singulari mandato. Amicorum ejus  
 unus fuit è posteris Abrahami, alter Nahoris, alii  
 Esavi. Ex Uzo Nahoris primogenito ortus puta-  
 tur Jobus, ex Buzo Elihus *Gen. 22. 21.* Et ætas  
 CXL. annorum arguit. Jobum Mose antiquiorem  
 fuisse; quem Mosen etiam Hebræi hujus libri  
 scriptorem esse volunt. Hieronymi sanè argu-  
 mentum in librum Jobi est istud: *In terra quidē  
 habitasse Usitidi, in finibus Idumææ & Arabia fer-  
 tur, & erat ei antè nomen Jobab. Et accepit uxorē  
 Arabissam, & genuit filium, quem vocavit Ennon.  
 Erat autem ipsi filius quidē Zareth, de Esau filius  
 filius, de matre Serò Borra, ita ut sit quintus Abra-  
 ham. Et hi sunt reges, qui regnaverunt in Edom, in  
 qua & ipse regnabit, sed primus in ea regnabit Ba-  
 lach filius Beor, & nomen ejusdem civitatis Denaba  
 Post hunc autem Barich. Post eum Jobab, qui voca-  
 tur Job. Post Job autem Hufan, qui erat dux ex  
 Themanorum regione. Et post illum regnabit Adar  
 filius Bedath, qui occidit Madiam in campo Moab;  
 & nomen civitatis ejus Avith. Sed hæc in conje-  
 cturis ponimus. pro eo, quod habet textus He-  
 bræus in terra *יָוָן*, in Chaldaea parahprasi est in  
 terra *אַרְמִינְיָא* i.e. Armenia.*

Externe

1 2 3 4 5  
*Externè, corpus, maledicit, iusta, medetur,*  
 6 7 8 9 10  
*Spicula, militia, recta, fatente, preces,*  
 11 12 13 14 15  
*Mendacem, fastum, sperarem, perbreve, justus,*  
 16 17 18 19 20  
*Testem, non sperans, praeva, fides, reprobi,*  
 21 22 23 24 25  
*Infelix, carpit, seruari, abscondita, purus,*  
 26 27 28 29 30  
*Facta Dei, variè, tecta, priorq, status,*  
 31 32 33 34 35  
*Integer, affectet, Jobum reprehendit Elibu,*  
 36 37 38 39 40  
*Virtutes Domini, condita mira, refert,*

41 42  
*Quid balena, piè Jobus respiscit. In isto  
 Dena quater numeres & duo membra libro,*

*EXPLICATIO.*

**E**xternè, in bonis externis affligitur Job: cor-  
 pus Jobi fit ulcerosū: *maledicit* Jobus diei or-  
 tus sui: *iusta* Dei facta commemorantur. vide v.  
 7. *medetur* Deus idem, qui vulnerat v. 18.

*Spicula*, Dei sibi impressa esse, quaeritur Job 9 v.  
 4. *militia* dies mortali in terra v. 5. & c. *recta* cor-  
 da Deus curat v. 6. *fatente* Jobo, Dei justitia nar-  
 ratur: *preces* Jobi ad misericordiam Dei. (X)

*Mendacem* Jobum Zophar esse putat, & hoc  
 nomine arguit v. 3. *fastum* reprehendit Jobus v. 1.  
 & c. *sperarem* in Deo, etiamsi me enecaret, ait Jo-  
 bus v. 1. *perbreve* tempus vitæ hominis *justus* ne-  
 mo.

*Testem*

*Testem* meum ecce in caelis v. 19. *non sperans*  
 Jobus vitam sibi restitutum iri: *præva* facta con-  
 sequens merces: *fides* Jobi in Christo redemptore:  
*reprobi* seu improbi hominis conditio. (XX)

*Infelix* in hac vita non solus impius, quum et-  
 iam filios suos Deus gravibus sepe probet malis:  
*carpit* Jobum Eliphazus: *ser* vabi viam Dei, ait  
 Jobus v. 11. *abscondita* tempora judiciorum Dei:  
*purus* quis comparatus Deo?

*Facta* Dei creatio & gubernatio, describuntur:  
*variè* & pii & impii affliguntur: *testa* seu occulta  
 Dei sapientia, 20, &c. *priorq;* *status* Jobi felix c.  
 29. cum infelice cap. 30 comparatur. (XXX)

*Integer* quomodo fuerit Jobus? *affectat* c. Elihu  
 sermonem responsionis, cum propter Jobum, quod  
 acrius justitiã suam assereret, tum propter tres  
 amicos Jobi, quod ad rem non responderent, &  
 tamen Jobum condemnarent v. 2. 3. *Jobum repre-*  
*hendit Elihu*, docēs de Dei justitia cap. 33. revocās  
 illum ad misericordiã Dei, ob obmurmurationi-  
 bus eum avocās, proq; eo orans cap. 34. ad agni-  
 tionem sui & spem in Deū exhortans cap. 35.

*Virtutes Domini* omnipotentiam, justitiã &  
 misericordiam describit Elihus c. 36. 37. *condita*  
 à se *mir.* opera *refert* Deus Iobo, ut eum institu-  
 at ad humanitatem, & pium de ipso iudicium ca.

D 38.


c. Elihu *causa* melior erat, quàm caterorum: qui nec  
 infra c. 42. à Domino reprehenditur, ut cateri.

Vide collationem inter disputationem Iobis & a-  
 micorū, & hodiernas de sacra eena contentiones  
 in elencho sane de eucharistia doctrina per H. i. a.  
 Palingeniū à p. 19. editionis Neap. 1583. usq; ad so.

58.39.40.

(XL)

Quid balena naturæ habeat? piè lobus resipiscit,  
petens veniam delictorum à Deo.



## IN LIB. PSALMORUM.

**P**salms propriè est cantus, qui fit tactu fidiū.  
Nam ψάλλειν χορδῶν ἢ νεύρον Græci dicunt,  
quod Latinis est tangere chordam vel nervum.  
Psalterium quidē est ipsum canendi instrumen-  
tum: at LXX. eo nomine hunc librum insignive-  
runt. Liber verò hic psalmorum continet poëti-  
ci stili sublimitate conscriptas odas & hymnos  
sacros, quales in veteri ecclesia fuerunt à Mose  
usque ad funesta tempora Antiochi. Pleriq; sunt  
psalmi Davidis, qui propterea 2. Sam. 23. *amanus*  
*psalmis Israëlitarum* dicitur, quoniam suaves can-  
tiones Israëlitis conscripsit, quibus ad Deum  
prædicandum præiret. Sunt numero CL. Apud  
Græcos legitur etiam 51. psalmus, in quo David  
prædicat, se à vita pastoritia ad regnum, Dei gra-  
tiâ, evedctum esse, & Goliathum stravisse. Athana-  
sius epistola ad Marcellinum de interpretatione  
psalmorum differens ait: εἰσὶ (ψαλμοὶ) οἱ μὲν ἐν  
διηγήματι λεγόμενοι, εἰς δὲ ἐν παραμένεσσι, οἱ δὲ ἐν  
προφητεία οἱ δὲ ὡς ἐν εὐχῇ, οἱ δὲ ὡς ἐν ἐξομολο-  
γῆσει. Docet alios psalmos esse narrationes, al-  
ios prophetias, alios preces, alios confes-  
siones. Plenius: In aliis introducitur loquens  
Deus, in aliis homines pii aut impii: in aliis ipsi  
pii loquuntur, & vel narrant aliquid simpliciter,  
vel Dei mādāta aut interdicta proponūt; vel pro-  
mis.

IN L. PSALM.

75

missiones aut cōminationes vel prædicant Deū,  
precantur & deprecantur, gratias ei agunt, con-  
fitentur sua in Deum studia vel etiam delicta, de-  
plorant miseras, aut conqueruntur de aliis, te-  
stantur pœnitentiam &c. Cæterum David natus  
est circa annum mundi 2860.

1	2	3	4	5	
Felix, rex, clipeus, faciei luce, maligni,					
6	7	8	9	10	
Ossa, scrobem, lactens, spes peritura, leo,					
11	12	13	14	15	
Sicut avis, verbum, mortis, corruptio, civis,					
16	17	18	19	20	
Non linques, mundi, petra, revelat, equos,					
21	22	23	24	25	
Ut fornax, cur me?, pastor mihi, terra, juventa,					
26	27	28	29	30	
Integer, ut sedeam, ne trabe, vox, lacrimas,					
31	32	33	34	35	
Tabesco, felix, non vi, penuria, pugna,					
36	37	38	39	40	
Improbis, ut fœnum, plaga, silens, facere,					
41	42	43	44	45	a Lib. II
Commiserans a cernis, vindex, mactatio, sponsa.					
46	47	48	49	50	
Si fremerent, rex est, morte, timere, sacrum,					
51	52	53	54	55	
Abiue, Dœgus, spectat, Deus adjuvat, clam,					
56	57	58	59	60	
Confidam, dentes, spica, canis, nihil est,					
61	62	63	64	65	
Turris, si dives, vulpi, laqueum, benedicis,					

76 IN L. PSALM.

66 67 68 69 70  
Facta Dei, faciem, dona, sui, propera,  
71 72 73 74 75  
Canit: e, Salomo, \* prater te, insignia, faces, \* Lib. 3.  
76 77 78 79 80  
Vindemiât, reputo, tempore, redde, salus,  
81 82 83 84 85  
Intrita, iudex, habitacula, limine, ius, pax.  
86 87 88 89 90  
Longanimis, Sion, ira, flagella, † dies, lib. 4.  
91 92 93 94 95  
Umbrâ, quum florent, resonent, videt omnia, Vocem,  
96 97 98 99 100  
Dii vani, iusto, psallite, regnat, oves,  
101 102 103 104 105  
Ius, arefco, Deo benedic, res condita, fœdus,  
106 107 108 109 110  
Iudicium, \* bonitas, strenua, dira, sede, \* lib. 5.  
111 112 113 114 115  
Facta Dei, large, de pulvere, quid mare?, nasus,  
116 117 118 119 120.  
Quid Domino? gentes, fidere, verba, Cedar,  
121 122 123 124 125  
Non dormit, lator, serui, viuos, stabiliti,  
126 127 128 129 130  
Cum cantu, frustra, vitu, arasse, Vigil.  
131 132 133 134 135  
Non magnas, arcam, fratres, attollite, gentes,  
136 137 138 139 140  
Mira facit, Babylon, alius, ubiq, pyas,  
141 142 143 144 145  
Corripiat, mibi tu, non justus, cui Deus, ampla,  
146 147 148 149 150  
Fide Deo, corvos, omnia, laude, sonent, EX



**F**elix quisnam? v. 1. rex ecclesie Christus, vers 6.  
*clipeus* tu Jehova es circa me, ait David: *facies*  
*lucē* illustrat nos Jehova, ver. 7: *maligni* non con-  
 sistunt coram Deo. v. 6.

*Ossa* mea conturbata sunt, ait David vers. 4.  
*scrobem* fodit improbus, & cadet in eam vers. 16.  
*lactens* laudum Dei præco est ver. 3. *spes* pauperū  
 non est peritura & 19. ticut *leo*, in tugurio suo in-  
 sideatur pio improbus v. 9. (X)

*Sicut* avis emigra è monte, dicunt hostes Da-  
 vidi, ver. 1. *verbum* Dei purum ut argentū defa-  
 catum septies vers. 7. *moris* dormitione ut non  
 dormiam, exaudi me ver. 4. *corruptio* hominum  
 quanta? ver. 1. & c. *cibus* ecclesie quisnam vers  
 ver. 1, & c.

*Non* lingues animam meam in sepulchro, ait  
 Dominus: *mundi* hujus filii hic opulenti ver. 14.  
*petra* mea Jehova, & propugnaculum meum ver.  
 3. *revelat* nox nocti scientiam ver. 3. *equos* alii ja-  
 ctant; nos nominis Jehovæ Dei nostri recorda-  
 mur, vers. 2. (XX)

*Ut* fornax ignis, disponuntur hostes ecclesie:  
 v. 10. *cur* me dereliquisti Deus mi? clamat Do-  
 minus pro nobis, v. 2. *pastor* mihi Jehova vers. 1.  
*terra* est Iehovæ, & plenitudo ejus vers. 1. *jubent*  
 meæ peccatorum ne recordare v. 6.

*Integer* ambulo, ait David v. 11. *ut* sedeam in do-  
 mo Iehovæ, hoc unum petii, v. 4. *ne* trabe me pe-  
 nes operarios iniquitatis v. 3. *vox* Iehovæ, id est,  
 tonitru, quid efficiat? v. 3 & c. *lacrimas* in lætitiã

convertisti mihi Deus v. 12.

(XXX)

*Tabescunt oculus & ossa mea* v. 10, 11, *felix*, cui remissa peccata, v. 1. &c. *non hi* seu multitudine copiarum rex servatur; sed auxilium & scutum nostrum est Jehova v. 16. 20. *penuria* non est timentibus Deum v. 10. *pugna*, Jehova, contra impugnantes me, *vers. 1.* &c.

*Improbis & probis* valde dissimilibus sunt studiis: *ut fœnem* succiduntur malefici: *plaga* mea tanta, ut propinqui mei è longinquo absistant v. 12. *silens* sum, Domine, quia tu fecisti v. 10. *facere* voluntatem tuam, Deus mi, delector, ait Christus mediator v. 9.

(XL)

*Commisserans* afflictos, beatus v. 2. &c. *ceruus* ne glocitat ad alveos aquarum; sic anima mea ad Deum v. 3. *Vindex* esto Deus vindica me à gente non benigna, *versus 1.* *maectatio* ut est pecudum; sic piorum afflictio, v. 22. *sponsa* Christi, ecclesiam sponso adducta.

*Si fremerent undæ*, non timeremus, v. 34. *rex* est Jehova supra totam terram v. 3. *morte* non affici-mur, Deo inscio; qui Deus noster est in seculum, & ad mortem usq; nos deducet v. 15. *timere* noli mala & divites, Deo fretus, v. 7. 17. *sacrum* id est, sacrificium quod Deo placet, est laus ejus v. 14. 23.

(L)

*Ablue* me ab iniquitate, canit David resipiscens v. 4. *Doëgus* malevolus in Davidem, non tamen impedit, quin ipse ut oliva floreat: *spectat* Jehova è caelis hominum mores v. 3. *Deus adjuvat* me, ait David v. 6. *alam* columbae o si quis daret, ad effu.

effugiendum hostes! v. 7.

*Confidam* ego in te, qua die timebo v. 4. *dentes* hostium Davidis, hastæ & sagittæ v. 5. *spica* fiat sagitta, non penetratura me, seu non nocitura mihi v. 8. *canis* instar gannunt hostes v. 15. *nihil est* auxiliatio humana v. 13. (LX)

*Turris* robusta adversus inimicum Deus v. 4. *si dives* evadas, divitiis ne apponas animum v. 11. *vulpi* præda erunt hostes ecclesiæ v. 11. *laqueus* abscondunt irretiendis piis impii v. 6. *benedicis* germi terræ, ô Deus, v. 11.

*Facta Dei* videre v. 5. *faciem* suam Deus illustrat erga nos v. 2. *dona* ascendens in sublime dedit Christus hominibus v. 19. *siti* mex sedandæ dant acetum, v. 22. *propere* ad auxilium meum DOMINE, v. 2. 6. (LXX)

*Canitiam* ad usque ne derelinquas me v. 18. *Salomo* ut regnet feliciter, orat pater: *præter te*, Deus nullo delector in terra, v. 25. *insignia* nostra non videmus, v. 9. *faces* bibent omnes improbi, v. 9.

*Vindemiat* Deus spiritum antecessorum v. 13. *reputo* tempora inde ab antiquitate v. 6. *tempore* prisco facta Dei commemorantur: *redde* vicinis opprobrium v. 12. *salus* plena afferatur nobis à Deo v. 3. (LXXX)

*Intrita* lacusculo liberatæ manus populi ex Ægypto educti, v. 7. *judex* terræ, Dei nomine honoratus, quid agere debeat: *habitacula* Dei possideamus nobis, dicunt hostes v. 12. *limina* domus Dei elige præ tētoriiis improbitatis v. 21. *jus, pax: justitia*

tia & pax osculabuntur se v. 11<sup>ov</sup>

*Longanimis* Deus v. 15. *Sion* diligitur à Deo v. 21  
*\*ira* Dei exercita in ecclesiam, multis malis im-  
 missis: *flagella* Dei aliter in hostes, aliter  
 in filios v. 24. 34. *dies* nostros numerare doce nos  
 ut inducamus animum sapientem v. 12. (XC)

*Umbrâ* omnipotentis rectus, est tutus vers 10  
*quum* florent improbi, perduntur, vers 8, *resonant*  
 flumina: *folium* Dei stabile est v. 2, 3. *Videat* omnia  
 Deus v. 9, *Vocem* Dei si audieritis, ne obduretis a-  
 nimum vestrum v. 8.

*Dii* Centigentium v. 5. *justo* lux est lata, & rectis  
 animo lætitia v. 11, *psallite*, cantate, clangite Deo:  
*regnat* Jehova commoveantur populi v. 10. *oves*  
 pastus Dei sumus v. 3. (C)

*lux* & benignitas regie virtutes vers. 1. *avesco* ut  
 herba: *Deo* benedic anima mea, & ne obliviscere  
 beneficiorum eius v. 1. 2. *res condita* à Deo recen-  
 setur: *foedus* suum servat Deus v. 8. &c.

*Judicium* exercuit Pinchasus v. 30. *bonitas* Dei  
 manet in seculum: *strenua* faciamus in Deo, &  
 ipse proculcabit hostes nostros vers. 14. *dura* vota  
 Davidis in hostes: *sede* ad dextram meam, dixit  
 DOMINUS Domino meo. (CX)

*Facta* Dei magna exposita iis, qui delectantur  
 illis, vers. 2 *largè* dat egenis bona v. 5. *de pulvere*  
 erigit Deus tenuem: *quid* mare erat tibi, ut fuge-  
 res, exeunte Israële ex Ægypto vers. 5. *nasus* diis  
 gentium est, & non odorantur v. 6.

*Quid* Domino rependerem? omnia eius benefi-  
 cia.

\* *Psal.* 38. est parvum *Chronicon*.

cia superant me *vers. 21. gentes*, laudate Iehovam  
*v. 1. fidere DOMINO* melius est quam ullo homi-  
 ne *v. 5. verba Dei* quam habeant in malis lenien-  
 dis & propulsandis efficaciam *v. 50. suaviora mel-*  
*le v. 103. Cedar* habet Davidem exulem, id est,  
 apud Cedarenos exulat. (CXX)

*Non dormit* custos Israëlis *v. 4. labor*, quod dici-  
 tur mihi, domum Iehovæ adæamus *v. r. serbi* ocu-  
 li ut spectant herum, ita nostri oculi Iehovam *v.*  
*2. bibos* absorbuissent nos hostes, nisi Iehova ad-  
 fuisset nobis *v. 2, 3. stabiliti*, ut mons Sion, qui  
 confidunt Deo *v. 1.*

*Cum cantu* metent, qui seminaverunt cum lacri-  
 mis *v. 5. frustra* laborant ædificatores nisi Iehova  
 ædificet domum *v. 1. vitis* instar fructiferæ erit u-  
 xor æmentis Deum *v. 3. arasse* hostes super tergum  
 suum, quaritur psalter, *v. 3. vigil* ut matutinum  
 expectat, ita David Deum *v. 6.* (CXXX)

*Non magnas* aut arduas res sum aggressus *v. 1.*  
*arcam* donec deduxerit David in locum suum, non  
 est daturus somnum oculis suis *vers. 2. 3. fratres a-*  
 mœnum est habitare una: *attollite* manus vestras:  
 sancti servi Iehovæ *v. 2. gentes* cedere fecit Deus  
 populo suo *v. 10. & vanos* habent deos *v. 15.*

*Mira* facit opera magna solus Deus *v. 1. Baby-*  
*lon* vastanda, ad cuius flumina flentes sedebant  
 Israëlitæ *v. 8. altius* sit licet Iehova, tamen depres-  
 sum respicit *v. 16. ubiq.* est Deus: *piyas* sicut vene-  
 na sputat; ita hostes Davidis *v. 4.* (CXL)

*Corripiat* me justus; unguentum erit præstan-  
 tissimum *v. 5. mibi tu* Deus es receptus, quum ne-

mo curat vitam meam v. 5. 6. *non justus* coram te  
 nullus vivens v. 2. *cui Deus* est Iehova, ille populus  
 est beatus v. 15. *ampla* bonitatis Dei memoriam  
 eructet generatio generationi v. 9. *Fide* Deo, cui  
 fidens beatus est v. 5. *corvos*, pullos corvorum  
 Deus pascit v. 9. *omnia* laude sonent: *laude* sonēt  
 omnia: *sonent* omnia laude.

---



---

 IN LIBROS SALOMONIS.
 

---



---

Salomon (à Deo sic appellatus 1. Paral. 22. 23.)  
 Davidis ex Bathseba filius sapientissimus; rex  
 populi Dei, tres libros canonicos ecclesie reli-  
 quit *Proverbia*, *Ecclesiasten* & *Canticū canticorū*.  
 Ajunt istos libros sub extremum vitæ ejus con-  
 scriptos esse. Proverbia ( quas LXX. interpretes  
*παραμύσεις Σολομώντος* dixerunt) hinc sunt sententiæ  
 religiosæ, breves, partim de fide seu vera sapiëntia,  
 partim de justitia erga Deum & homines. Quæ  
 ad Deum spectant, præcipuè capitibus primis  
 novem exponuntur: quæ ad homines, reliquis se-  
 quentibus. Non sunt autem ab ipso Salomone  
 omnia præscripta, sed pars eorū ab aliis, sub di-  
 vini spiritus regimine, ex diversis Salomonis scri-  
 ptis collecta & congesta, & nominatim ab homi-  
 nibus Ezechie, ut ex initio *cap. 25*. Caput xxx.  
 est cujusdam prophetici viri Aguris, filie Iacæ,  
 adjectū proverbii Salomonis propter argumēti  
 similitudinem. Caput xxxi. est iterum Salomo-  
 nis ex pia institutione matris comportatum.

*Ecclesiastes*, certè scriptus est à Salomone sene,  
 quum

quum à vanitate, ad quam & ipse variè deflexerat, resipisceret & conversionis sui testimonium apud ecclesiam relinquere vellet. Hæbraicè liber vocatur קהלת, *Kohélet*, quæ vox significat συναγωγή vel ἐκκλησιάζεσθαι, scil. ψυχῶ, cōgregantem vel ecclesiasticam animam. Est formæ fœmininæ, & hoc genere usurpatur *cap. 7. 28.* Quia tamen de Salomone dicitur, masculino genere aliàs semper enunciatur, & significat virū qui congregat cœtum religiosum, seu concionatorem. Alii inde dici putant, quòd in eum librū collectæ sint omnes scientiæ: vel quòd sapientia Salomonis hîc homines congreget ad ipsam audiendam.

*Canticum canticorum* Hebræa phrasi est canticum eximium, supra alia cantica eminens. Est enim de sponsalibus Christi & ecclesiæ: in quo colloquentes introducuntur sponsus, sponsa & amici atq; amicæ utriusque. Igitur, quod brevius psalmo XLV. dictum est, hîc latius & dramaticum in morem explanatur. *1. Reg. 1. 6. 32.* Salomō dicitur eloquutus esse ter millenas sententias, & cantica ejus dicuntur fuisse quinque supra mille: ex quibus ea tantū sunt ecclesiastico canonī cōmendata, quæ libris dictis continentur. Noluit enim Deus ecclesiam mole nimia librorum onerare. Non debemus autem hos libros Salomonis minoris æstimare, quòd eum graviter peccasse legimus *1. Reg. 11.* Nam, quæ scripta habemus, ea sancti Spiritus instinctu sunt consignata & semper in ecclesia Dei canonicā auctoritatem

tem habuerūt. Et apostoli ex Salomonis scriptis, tanquam divinis, testimonia allegarunt; ut videre est *Rom. 12. 20. Heb. 12. 5.* Et ecclesiastes de vera ejus pœnitentia & emendatione testis est: & Salomon inter pios reges post mortem numeratur: ut *1. Chron. 11. 17.* ubi in via Davidis & Salomonis ambulasse dicuntur, quorum pietas commendatur. Ut taceam, Salomonem eximum Christi typum fuisse & verum prophetam. Res autem Salomonis incidunt in annum mundi 2930.

*Versus in Proverbia:*

1.	2.	3.	4.	5.
<i>Ut sapias, DOMINUS, ne fidito, lux via, castè,</i>				
6.	7.	8.	9.	10.
<i>Formicam, jecori, maxima, facta, piger,</i>				
11.	12.	13.	14.	15.
<i>Iustus, qui pacem, virgam, fiducia, lati,</i>				
16.	17.	18.	19.	20.
<i>Fastus, qui justum, primus, in are, puer,</i>				
21.	22.	23.	24.	25.
<i>Cor regis, nomen, vinum ha, quum cadit, osor,</i>				
26.	27.	28.	29.	30.
<i>ad vomitum, vultus, qui pabet, ira, cibo,</i>				
31.				

*Femina virtutis cultrix. Proverbia regis:  
Dena ter ac unum dant tibi lecta caput.*

**EXPLICATIO.**

**U**t sapias, proverbialia sunt scripta v. 2. &c. Dominus Jehova dat sapientiam v. 6. ne fidito intelligentiæ tuæ, sed fiduciã habe in Jehova v. 5. lux: velut est via justorum, velut lux, inquam, magis magis.



magisq; augescens. v. 18. *castè* vive, fugiens extra-  
neam, fontibus tuis contentus v. 3. 50.

*Formicam* adiò piger, aspice vias ejus, & sape,  
v. 6. *jecori* culter est mulier impura, v. 32. *maxima*  
sapientia, SERMO ille Dei, describitur hoc ca-  
pite: *facta* seu opera sapientiae summæ, v. 1. & c.  
*piger* mittentibus ipsum, ut acetum dentibus &  
fumus oculis, v. 26. (X)

*Iustus* ex angustia liberatur, & devenit impro-  
bus in locum ejus v. 8. *qui pacem* consulunt, lati-  
tiã fruuntur v. 9. *Virgam* qui cohibet, odit filiũ,  
v. 24. *fiducia* valida est: in reverentia Jehovæ, qui  
filiis suis est receptui v. 26. *lati* animo dies, con-  
vivium jüge, v. 13.


*Fastus* ante confractionem est v. 18. *qui justũ*  
condemnat, aut improbum absolvit, abomina-  
tio Jehovæ est, v. 15. *primus* in lite, justus videtur;  
donec; adveniente proximo ejus, pervestiget il-  
lum iudex v. 17. *in are* eorum quasi vult esse Deus,  
qui benefici in pauperes existunt, ver. 9. *puer* et-  
iam se cognoscendum præbet actionibus suis.  
vers. 11. (XX)

*Cor regis* est in manu Jehovæ v. 1. *nomen* opta-  
tius est divitiis, v. 1. *vinum* sectantibus & vers. 10.  
*cum cadit* justus septies, exsurgit tamen v. 17. *osor*  
si tunc efuriat, ciba eum, v. 12.

*Ad vomitum* ut redit canis; ita stultus iterat  
stulticiam suam v. 11. *Gulnus* amici fidele, depre-  
canda verò oscula osoris vers. 6. *qui pabet* jugiter  
beatus homo: qui aurem obdurat animum suũ,  
ruet in malum v. 14. *ira*, contentionis causa est

v. 22. *cibo* demensi mei ale me, v. 8. (XXX)

*Fœmina virtutis cultrix, seu strenua, describitur.*



IN ECCLESIASTEN.

1 2 3 4 5  
*Non nobis, latitiam, tempus, bona querere, lautè*

6 7 8 9 10  
*Divitia, sapiens, subdite, forte, modus,*


11 12  
*Da septem, juvenis moderetur gaudia sanctè.  
 Terna quater regis concio membra legit.*

EXPLICATIO.

**N**on nobis res est sub sole b. 10. *latitiam* sapien-  
 tiâ præviâ Deus dat v. 27. *tempus* suū cuiq;  
 est v. 1. *bona querere* caduca, vanitas est. v. 4. *lautè*  
 sive late vivere & temperanter pars est tempo-  
 rariæ felicitatis, v. 18, 20.

*Divitia* sine usu, vanitas, v. 2. *sapiens* ne tibi vi-  
 detur nimium, v. 16. *subdite* observa regis præsti-  
 tutam pro ratione juramenti Dei, v. 1. *forte* pectus  
 minus est sapienti, id est, sapientia robore melior  
 est v. 19. *modus* etiam regi in cibo & potu servan-  
 dus b. 14. (X)

*Da septem* aut etiam octo, quum nescias, quid  
 futurum sit mali super terram: *juvenis modere-  
 tur gaudia sanctè*. Nam omne opus Deus adducet  
 in iudicium, cum omni re occultâ, sive bonum  
 sive malum.



IN CANTICUM CANTICORUM.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
Subnigra, pulchra veni, quasi vi, clausa, columba,  
Luna, botri, fructus. Cantica bina quater.

## EXPLICATIO.

**S**ubnigra ecclesia sponsa Christi ex afflictionib. Sin hac vita v. 6. pulchra veni, dicit Christus ecclesie, quam pulchritudine justitie sue induit. v. 10. quasi vi, ait ecclesia, eum, quem amat anima mea ver. 1. clausa scaturigo ecclesia fide Christo servans, non aditu prebens Diabolo v. 12. columba mea aperi mihi, ait Christus ecclesie, a qua se vera fide vult excipi, v. 1.

Luna ecclesia pulchritudine, quam accipit a Christo sole justitie v. 7. botri\* velut vitis, ubera ecclesie, unde lacte sinceritatis filios suos alit v. 8. c. 7. distinct. Iunian. fructus ex vinea rediens pacis regi, vero Salomoni, Christo v. 4. 5.

\*Si vis secundum vulgatam distinctionem lege, Cypros pernoctemus ad Cypros, v. 1. cap. 7.

## DE PROPHEtis poster.

**P**ropheta nomen varie usurpatur. Primo **ph**is est, qui aliquid predicat, vates. II. qui Dei instinctu vaticinatur. III. qui Dei nomine aliquid docet, cujuscunque generis sit illud, IV. Cum Moses & prophete opponuntur: prophete intelliguntur, qui Mose secuti, divine voluntatis, atq; ita Mosis interpretes erant, sive doctrinam Mosaicam specialius populis applicarent,

rent, five exemplis divinae gubernationis confirmarent & illustrarent. V. Aliquando soli V. Testamenti doctores prophetae dicuntur, quia res sub exhibito Christo eventuras tradiderunt. Ita Matth. 11. 13, *Omnes prophetae & ipsa lex usque ad Iohannem prophetarunt.* VI. nonnunquam etiam soli novi testamenti prophetae dicuntur, divinarum scripturarum interpretes, extraordinario dono instructi: ut Eph. 4. 11. Qui nunc in ordine bibliorum sequuntur *prophetae*, dicuntur *posteriores*, quia plurima de rebus usque ad Christi tempora futuris, aliquando etiam ulterius profecturis praedixerunt. Et hi dividuntur in

I. *Majores*, qui Esaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel. Alioqui *Daniel* inter hagiographa referatur; ut monuimus supra de V. T. in genere.

II. *Minores*, xii, Hoseas, Joel, Amosus &c. Quae de his specialius observanda videbuntur, sigillatim illis praenotabimus.

## IN ESAIAM.

**E**saias filius fuit Amози cujusdam, de quo nihil praeter nomen scriptura monet, 2. reg. 19. & 20 & 2. Chron. 26. 22 & 32. 20. Hebraei Amozum istum volunt fratrem fuisse Amaziae regis. Esaias vero propheta fuit longe nobilissimus & vere evangelicus: quem & Christus in synagoga Nazarethana, ut est Luc 4. 17, est interpretatus, & quicquid creberrime ad confirmandam doctrinam Christianismi in novo testamento allegatur. Propter doctrinae claritatem evangelista potius, quam propheta a nonnullis est dictus. vide Hieronymum ad Paulum & Estochium & Augustinum lib. 18. de

de ciuit, Dei cap. 29. Docere coepit circa annum mundi 3198. & quidem fuit sub quatuor regibus, Ozias, qui & Azarias. Iohanno, Achazo, & Ezechia. Adminimū igitur XLV. annos prophetavit. Tot enim ab ultimo Ozias anno ad decimum quingentum Ezechiae effluxerunt. Valgo LXXX. anni eius præconio asseribuntur. De eius morte tradunt, quòd à Manasse in duas partes sectus occubuerit, sepultusq; sit sub quercu Rogele, juxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerit pulvere.

1. 2. 3. 4. 5.

Bos, in luce Dei, pro cyclade, germen, ut uvas.

6. 7. 8. 9. 10.

Sanctus, non signum, lex, puer, Assyrius;

11. 12. 13. 14. 15.

Virgula, te celebros, marens, Babylonia, prester,

16. 17. 18. 19. 20.

Moabi, Syria, Sennacheribe, Pharo,

21. 22. 23. 24. 25.

Duma, Iudae, Tyriis, Gacuatio, laudes,

26. 27. 28. 29. 30.

Fidite, non sapiens, ebria, clausa, mali,

31. 32. 33. 34. 35.

Adjutus, vitio, consumens, ira, remissus,

36. 37. 38. 39. 40.

Rabfacen, hamum, flet, sua vasa, duplum,

41. 42. 43. 44. 45.

Auxilior, per aquas, ego deleo, sculptile, Cyro,

46. 47. 48. 49. 50.

An senium, duplex, primus, alumna, manus,

51. 52. 53. 54. 55.

Horroris, pulcher pes, plaga, marita, venite

56                      57                      58                      59                      60  
*Sabbata, pax non est, pasce, maligna, greges,*  
 61                      62                      63                      64                      65  
*Unxit, iustitia, calcavi, ficter, adhuc dum,*  
 66  
*Vermis. Amozæus sena dat undecies.*

## EXPLICATIO.

**B**os agnoscit possessorem suum: Israël non agnoscit, v. 3. *in luce Dei ambulemus* v. 5. *pro cyclade* erit cinctus cilicii, v. 26. *germen* Jehovæ gloria erit superstitibus. Israël is v. 1. *ut uvæ ederet vinea, expectavi; & edidit labruscas* v. 4.

*Sanctus, sanctus, sanctus* Jehova exercituum, v. 3. *non petam signum*, ait Achazus v. 13. *lex & testimonium*, non Pythones consulendi, v. 19, 20. *puer natus est nobis* v. 6. *Assyris virga iræ* v. 5. (X)

*Virgula* prodibit è trunco succiso: *Jessæ* v. 1. *te celebros*, Jehova, quia irâ aversâ consolaris me v. 1. *mærens Babylonia* erit, Persis & Medis ipsâ afflicturis, & *fastum Babylonii dejecturis*, cap. 15. & 14. *prester volans contra Palæstines* erit Ezechias *vers. 2.*

*Moabi calamitas: Syria onus: Sennacheribe*, tibi & *Aethiopibus* populi Dei hostibus malum: *Pharo*, *Ægypto ærumnæ incubitura*, & *Aethiopibus*, cap. 19, 20. (XX)

*Dumæ Edomææ: Judæa* ludus venturus: *Tyriis* onerosa prophetia destinatio: *facuatio* terræ futura *vers. 1. &c. laudes* de improbis derurbatis, & collatis in Christo beneficiis in electos.

Fidite

*Fidite* Jehovæ usque in sempiternum *v. 4. non sapiens* est populus: idcirco nō miseretur ejus, qui fecit ipsum *v. 13. ebria* Ephraimi terra *vers. 1. & c. clausa* prophetia seu obſignata cæcis Judæis *v. 10. 11. & c. mali* comminatio, malis seu contumacibus filiis *v. 1.* (XXX)

Adjutor corruet, & cadet *adjutus v. 3. vitio* nomen virtutis non indetur amplius *v. 5. consumens* ignis Jehova est *v. 14. ira* Jehovæ describitur *ver. 34. remissas* manus confirmate, & genua labantia fortificate *v. 3.*

*Rabsacen* mittit Sennacheribus Hierosolyma, ubi factum suum eructat *v. 2. hamum* meum ponam in naso tuo, & reducam te viâ illâ, per quam venisti, ait Dominus de Sennacheribo *v. 29. flet* in morbo Ezechias *v. 3. sua vasa* ostentat Ezechias regi Babylonio *v. 2. duplum* accepit Hierosolyma pro peccatis suis *v. 2.* (XL)

*Auxilior* tibi, ait Dominus, ne timeto, *v. 10. per* aquas (a) quum transis, adsum tibi, ne inundent te *v. 27. ego deleo* defectiones tuas propter me *v. 12. sculptile* qui fundit, ad nullam utilitatem fundit, *vers. 5.* Caput est de vanitate idololatrarum. *Cyro* adfuturus Deus propter populum suum, *ver. 1. 4. & c.*

*Ad senium* usque te portaturus sum, ait Jehova *v. 4. duplex* miseria Babylonix uno die obventura orbitas & viduitas *v. 9. primus* ego sum & ultimus, ait Dominus, *v. 12. alumna* regum erit ecclesia *v. 23. manus* mea non est brevior, quàm ut  
redi-

*alun. cap. 45. Si vis, substitue,* mea laus non dabitur *alii cap. 42. v. 10.*

redimat v. 2.

(L)


*Horroris poculum bibisti, crassamentum ejus bibent hostes tui, ait Dominus ad ecclesiam v. 17. 22. 23. pulcher pes evangelizantis & pronunciantis pacem vers. 7. plaga pro nostris peccatis Christo imposita: marita Dei mariti ecclesia v. 5. venite ad aquas, comparate absq; pecuniâ v. 1.*

*Sabbatha observans, beatus v. 2. pax non est improbis v. 25. pasce esurientem, & tege nudum v. 7. maligna facta determinant inter vos & Deum vestrum vers. 2. greges gentium ad Christum accedent.*

(LX)

*Unxit me Jehova ad evangelizandum mansuetis, ait Christus v. 1. justitia pallio amicitia me Jehova, ait ecclesia v. 1. calcabit torcular solus v. 3. fietor noster es Deus, nos lutum fumus v. 12. adhuc, dum loquuntur, exaudiam v. 24.*

*Vermis impiorum Dei desertorum non moritur, v. 24.*



## IN JEREMIAM.

Jeremiae prophetae mentio fit 2. Chron. 35. 25. Fuit ex genere sacerdotali, patria nempe de sacerdotum oppidis, 1. reg. 2. 26. Anathothis, de quo oppido Jos. 21. 18. Erat, ut ait Hieronymus, viculus, tribus, ab Hierosolymis distans millibus. Prophetavit in Judæa sub regibus Iosia, Joachimo & Zedechia: per annos minimum XLIII. Tandem in Aegyptum fuit cum aliis deportatus; ut legitur cap. 23. v. 6. Ibi etiam aliquandiu prophetavit; sed

tem-



tempus tamē nō exprimitur. Quæ verò illic gesta sunt; ea unius anni non queunt esse. Præter hanc prophetiam etiā Threnos seu Lamentationes scripsit, in quibus miserabilem Iudæorum statum qui à morte Josuæ videtur incidisse, deplorat, & populum ad Deum resipiscentiâ feriâ placandum exhortatur. Cœpit autem Jeremias Hierosolymis docere anno mundi 3316.

De ejus exitu hoc attexit Hieronymus: *Apud Thannas in Ægypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet verò in eo loco sepultus, quo dudū Pharaon rex habitaverat. Et, quoniam postulacione sua, defugatis ab eodē loco serpentibus, Ægyptios à taetu aspidum fecit esse securos: magna eum ibi religione Ægyptii venerantur.*

1	2	3	4	5
OLLam, cisternas, scortans, cor, crimina vestra,				
6	7	8	9	10
Non non, ter templum, crus, sapiens, timeas,				
11	12	13	14	15
Renum, succedit, tenebras, ne temnito, plaga,				
16	17	18	19	20
Majores, fidens, Gas, puer igne, dies,				
21	22	23	24	25
Vita, justitiam, pastores, sicubus, ira,				
26	27	28	29	30
Memisit, lorum ferrea, scripta, modum,				
31	32	33	34	35
Fœdus, pango, Deus, germen, tradere, Rechabi,				
36	37	38	39	40
Excussit, fovea, rex, capitur, remanet,				
Ismael,				

41 42 43 44 45  
*Ismaël, ora, falsum, caelestia, magnus,*

46 47 48 49 50  
*Ægypto, Tyriis, fraude, bibes, Babylon.*

51 52  
 & Babylon, Ioachin. Decies ita quina duoq;  
 Hic Anathothites membra propheta refert.

*EXPLICATIO.*

**O**llam ferventē videt propheta, indicem ma-  
 li ab Aquilone erupturi *v. 3. 14. cisternas*, quæ  
 non capiunt aquas, foderunt sibi populus meus,  
 me, aquarum perennium scaturigine, derelicto,  
 ait Dominus *v. 13. scortans* Israël & Iuda, spiritu-  
 ale conjugium rumpens: *cor circumcidite vers. 4.*  
*crimina vestra* cohibent bonum à vobis *v. 25.*

*Non ambulabimus per viam boni: non atten-*  
*demus ad sonum tubæ*, dixerint Iudæi *ver. 16. 17.*  
*ter templum* jaçant Iudæi hypocritæ *vers. 4. grus*  
 observat tempus adventus sui: populus meus nō  
 noverunt jus *v. 7. sapiens* ne gloriator in sapiētia  
 sua: *timeas* Deum & non signa cœlorū *v. 7. 2. (X)*

*Renum & cordis probator*, justissime iudex,  
 revelavi tibi causam meam *v. 20. cur succedit via*  
*improborum? vers. 1. tenebras* quum nondum effe-  
 cerit, cedite Iehovæ Deo vestro gloriam *vers. 16.*  
*ne temnito*, propter nomen tuum, folium gloriæ  
 tuæ, ne irritum facito fœdus tuum nobiscum *v.*  
*21. plaga* quatuor *v. 3.*

*Majores vestri vobiscum bona acceperunt, ma-*  
*la fecerunt: vos pejus fecistis v. 12. 15. fidens ho-*  
*mine maledictus fidens Deo, benedictus v. 5. 7.*

*Gas*

*Vas* figulus frangens pro arbitrio, typus juris Dei in populum suum vers. 4. 6. *puer igne combustus.* Baali filios suos sacrificarunt Judæi, quod objicitur iis v. 5. *dies*, quo genitus fui, sic maledictus, ait Jeremias vers. 14, 15. (XX)

*Vita* viam & viam mortis propono vobis v. 8. *justitiam* & jus exerceo v. 5. *pastores* populi mali & corruptores ejus: *ficus* bonis & malis figuratur ecclesie instauratio, & novi regis & populi impii deportatio: *ira* poculum gentibus à Deo alienis bibendum v. 17.

*Memisit* Jehova ad prophetandū contra hanc domum. Nunc igitur bonas efficite vias vestras, ait propheta v. 12. 13. *lorū* typus, quod collo finitimarum Judæis gentium Nebucadnezar sit vincula & lora impositurus, id est, eis dominaturus v. 2. 3. &c. *ferrea* lora loco ligneorū sibi comparat propheta, v. 13. &c. *scripta* ad Judæos in captivitate epistola Jeremiæ: *modum* in te castigandum adhibiturus, ait Dominus v. 1. (XXX)

*Fædus pango* novum v. 30. &c. *Deus* describitur à proprietatibus & effectis v. 18. &c. *germen* justū Davidi. ut efflorescat, faciam ait Jehova v. 15. *tradere*, ut rex Zedechia, in manum regis Babylonie v. 3. *Rechabi* posterorum abstinentiā à vino arguitur Judæorum inobedientia erga Deum.


*Exussit* Jehudis coram Joachimo volumen prophetæ Jeremiæ: *foveæ* immissus est Jeremias: rex Zedechias petit à Jeremia verbum Jehovæ v. 14. *capitur* rex & abducitur excæcatus: *remanet* Jeremias in Judæa v. 6. (XL)

*Ismael*

*Ismael* occidit Gedaljam: *ora* pronobis: *Jehovam*, ut indicet nobis viā, qua ambulemus, ajunt principes & populus relictus: & tamen, quū consilium orando impetrasset propheta obedire recusant: *falsum* loqueris, dicunt quidam superbi contra Jeremiam loquentem ex ore Dei, *vers. 2. caelestia*, id est, stellas veneratis sibi benefuisse ajunt in *Aegypto* *Judæi vers. 17. magnas* res tu tibi quæreres, totā terrā deductā? Jubet Deus dici Barucho, v. 5.

*Aegypto* clades eventura: *Tyriis* & vicinis mala obventura: *fraude* qui facit opus *Jehovæ*, maledictus v. 10. *bibes* Edomæ, poculum iræ v. 49. *Babylon* capiatur v. 2. (L)

O *Babylon* submergeris v. 64. *Joachin* ab *Evilmerodacho* ad regiam dignitatem evehitur, versu 31. &c.



IN LAMENTATIONES

Jeremiae.

1                    2                    3                    4                    5  
*Iustus*, quos *palmis*, *bonus est*, *letare*, *memento*.  
 Lamentabiliter quinque propheta canit.

EXPLICATIO.

*Iustus* est *Jehova* v. 18. *quos palmis* gestabam & *educabam*, hos inimicus meus consumit v. 22. *bonus est* *Jehova* expectantibus ipsum, animæ requirenti ipsum v. 25. *letare* filia Edomi: etiam ad te transiturum est poculū v. 21. *memento* *Jehova* nostri: intueri & aspice opprobrium nostrum.

IN

## IN EZECHIELEM.

**E**zechiel filius fuit Buzi sacerdotis cuiusdā. Prophetavit inter deportatos, in Mesopotamia regione Chaldaea, circa annum trigessimū ab eo tempore, quo liber legis ab Helcia summo sacerdote repertus, & fœdus cum Deo redintegratū erat: quod accidit anno xviii. Josiæ regis. Cœpit igitur munere suo fungi circa annum à condito orbe 3350. nempe quinto die mensis quarti, quem Chaldaus interpres Tammuz dicit (qui quidem plurimū Junio nostro respondet) anno quinto à deportatione regis Joachinis, ut ipse tradit *cap. i. v. 1. 2.* Historiam autem vide in fine l. regum & chronic. Qui igitur rerū status tunc erat, oportuit & Judæorum in Babylonia degentium peccata argui, & gentibus in Judæos iniquioribus divinam ultionem prædici, & fideles promissione liberationis à captivitate, non tantūm Babylonica, sed & Satanica, per Christum præstanda, sustentari & erigi.

1                    2                    3                    4                    5  
*Quatuor, haud timeas, speculator, stercoris, igne,*

6                    7                    8                    9                    10  
*Stercoreos, gladius, reptile, signa, rota,*

11                    12                    13                    14                    15  
*Cor unum, migra, pulvillos, pessima, vitis,*

16                    17                    18                    19                    20  
*Scortata es, regem, morte, leana, dedi,*

E

In

IN EZECHIELEM.

21      22      23      24      25  
*In bibio, an causam? nuptia, mea mortua, Rabbam*  
 26      27      28      29      30  
*O Tyre, mercatrix, rex, Apria, spolium,*  
 31      32      33      34      35  
*Assyrium, Aegypto, delector, pastor, Edomi,*  
 36      37      38      39      40  
*Cor dabo, perflato, Gog, Magog, alma domus.*  
 41      42      43      44      45  
*Ostia, post plagas, altare, Levita, parabit,*  
 46      47      48  
*Elixant, per aquas, nominatum tribuum.*

EXPLICATIO.

**Q**uattuor animalia angelos, suis ministeriis per omnes mundi partes expeditos, significantia: *haud timeas*, ut eloquaris verba mea v. 6. 7. *speculator* datus es domui Israëlis v. 2. *stercoris* humani ad orbis placentiam jubetur parare propheta, ut sit figura immundi cibi, quæ inter gentes Judæis essent comesturi, h. 13. *igne* terriam partem pilorum propheta comburere jubetur v. 2. in signum judiciorum Dei, de quibus v. 12.

*Stercoreos* inter deos confossi idololatræ jacebunt v. 13. *gladius* foris, pestis & fames intus v. 15. *reptil:* immundum & stercorei dii in pariete expressi, typus foedissimæ à populo exercitæ idololatræ *vers. 10. signa* impressa piis, quibus parcendum sit, ne pereant v. 4. *rota* quatuor, angelorum recta & expedita obsequia significantes, quibus quasi vehunt Dei judicia & beneficia in mundum, v. 9.

(X)  
 Cor

*Cor unum* indam congregato iterum populo, ait DOMINUS, v. 15. *migra* de die ante oculos populi, paratis instrumentis migrationis, ait DOMINUS, depravationis typum proponens Ezechieli v. 5. *Et pulvillos* confuentibus pro axillis, v. 18. *pesima* judicia quatuor, gladium, famem, bestias malas & pestem, Deus comminatur v. 21. *Vitis* lignum ut comburitur: ita ignis consumpturus Hierosolyma.

*Scortata* es gens Judaica turpiter v. 15. *regem* Jechoniam rebellantem in Babylonia moriturum esse, DOMINUS comminatur v. 16. *morte* afficietur anima, quæ peccat: *leona* educans catulos suos, allegoricè regina, Judæorum malè instituens filios suos: *dedi* populo statuta, sabbatha, terram affluentem lacte & melle, v. 11. 12. 15. at ille rebellavit contra me v. 13. &c. (XX)

*In bibia* rex Babyloniæ divinationibus utens, dirigetur contra Hierosolymam v. 26. 27. *an causa* ageres civitatis sangvinariæ? v. 2. *nuptæ* Aholia & Aholiba, id est, ecclesia Israëlitica & Judaica scortata simul: *mea mortua* est uxor, scribit propheta, typus est gloriæ populi illius morituræ: v. 18. 21. *Rabbam* Ammonitarum metropoli redigam in habitaculum camelorum v. 5.


O Tyre, ecce me contra te, v. 3. *mercatrix* populosissima Tyrus, fabula futura, v. 3. &c. rex Tyri superbus, in summum opprobrium dejiciendus v. 12. &c. *Apris* Ægyptii regis clades: *spolium* Ægypti pro mercede expugnata Tyri habebit Nebucadnezar v. 30. (XXX)

*Assyrium* ecce dejeci: ita & te *Aegyptium* v. 9.  
 20. *Aegyptii*, factum vastabit rex *Babyloniae* v. 11.  
 12. *delebor*, quum revertitur impius à via sua, ut vi-  
 vat v. 11. *pastor* pascens se, non gregem: Deus erit  
 benignus pastor gregis sui: *Edomi* Judæis adversa  
 calamitas.

*Cor dabo novum vobis* v. 26. *perflato* interfectos  
 ut vivant, jubet Dominus, ut propheta imperet  
 vento v. 9. *Gog* affligetur & *Magog*: *alma domus*,  
 templum Dei, id est, ecclesia describitur, alens  
 verbo Dei filios suos. (LX)

*Ostia* jam dictæ domus v. 13. &c. *post*, id est, de-  
 inde *plagas*, hoc est, regiones seu partes ad Orientem,  
 Occasum, Meridiem, Septentrionem mensus est  
 angelus: *altera* describitur v. 15. 16. *Leviti*: i. e. sa-  
 cerdotes in templo ministraturi: *parabat* sacri-  
 ficiu princeps ipse pro se v. 22.

*Elizant*, coquant munus sacerdotes v. 20. *per*  
*aquas* in visione traduxit mensor angelus pro-  
 phetam v. 4. *nomina eorum tribuum* postremo re-  
 censentur.



## IN DANIELEM.

**D**aniel de tribu Judæ circa annum mundi  
 3340. tertio Joacimi regis, qui erat Amonis  
 filius, exeunte, inter alios in *Babyloniã* depor-  
 tatus fuit\* & ibi educatus: sed per divinam be-  
 nignitatẽ sapientiã eximiã clarus exstitit. Vixit  
 autẽ sub regibus *Nebucadnezare*, *Belsazare*, *Da-*  
 rio

\* vide 2. *Cbron.* 2. 66.



rio Medo, & Cyro: & de quatuor monarchiis, ecclesiam ordine pressuris, singularem revelationem descripsit cum consolationibus. unde servator noster *Matth. 24. 15.* aliquid citat de Romanis Hierosolyman excisuris. Nomen ejus & ob pietatem & ob sapientiam, ipso Dei judicio, celeberrimum fuisse Ezechielis prophetia confirmat *cap. 14. & 28. 3.* unde apparet, ejus scientiam in proverbium abiisse.

1<sup>o</sup>                      2<sup>o</sup>                      3<sup>o</sup>                      4<sup>o</sup>                      5<sup>o</sup>  
Dentur aqua, regnum, fornax, exscindite, Pharsin,

6<sup>o</sup>                      7<sup>o</sup>                      8<sup>o</sup>                      9<sup>o</sup>                      10<sup>o</sup>  
In fossam, antiquus, cornua, fossa, foris,

11<sup>o</sup>    12<sup>o</sup>  
Rex Austri, multos splendebunt justificantes.  
Vaticinans Daniel bis tibi sena carit.


## EXPLICATIO.

**D**entur aqua & legumina nobis, dicebat Daniel promō, studiosus servandæ legis *v. 12.* regnum quadruplex ecclesiam infestaturum, usque dum Christus advenerit, rex ille sempiternus: fornax ignis frustra accensa comburēdis tribus focis Danielis: exscindite arborem istam, ait vigil, id est, angelus, de Nebucadnezare *v. 14.* pharsin, id est, dividentes, scilicet sunt, regnum tuum, o Belshazar. Ita scribebat manus in pariete, Mené mené thekél upharsin, id est numeravit, numeravit, appendit, & dividentes, scilicet sunt, *v. 25.* in voce pharsin alluditar ad Persas vide *v. 28.*

In fossam leonum projecerunt Danielem *v. 17.* antiquus dierum, id est, æternus pater, dominatum.

natum perpetuum dat filio suo v. 13. 14. *cornu*  
 duo alta Medorum & Persarum v. 3. 20. *fossa* quæ  
 erit ædificata & platea in angustia temporum,  
 post septimanas 62. morietur Christus v. 25. 26.  
*sonus* verborum viri, in visione, sopore opprimit  
 Daniëlem, v. 9. (X)

*Rex Austri*, pugnabit contra regem Aquilonis  
 & copias ejus fundet, v. 11. *multos splendebunt*  
*justificantes*, qui docendo ad justitiam alios ad-  
 duxerint, splendebunt ut stella in sempiterna  
 secula.



## IN HOSEAM.

**H**oseas filius Beer, qui *cap. 1 v. 1.* nominatur,  
 tempore concurret cum Esaiâ. Iisdem enim  
 sub regibus ambo docuerunt: Esaiâ quidē apud  
 Judæos; Hoseas vero apud Israelitas, regnante  
 Jeroboamo, filio Joasi. Ita docere cœpit circiter  
 annum mundi 3160. Quum autem apud Israëli-  
 tas magnæ grassarentur corruptelæ: ob eas judi-  
 cia Dei comminatur, qualia sunt immissa non  
 resipiscantibus vide *2. reg. 14. 15. & 17.* Semper ta-  
 men pro reliquis servandis aliquid solatii asper-  
 gitur.

1            2            3            4            5  
*Scortum, non Baal, sine rege, jubentia, putredo*


6            7            8            9            10  
*Non holocausta, malum, templum, domo, statuis,*

11            12            13            14  
*Ægypto, calcem, postes, offerre juvencos.*

Bis



ferat Dominus *vers. 4. effundam spiritum meum*  
super omnem carnem *vers. 28. ut disceptem iudice*  
*dextra,* congregabo omnes gentes, ait Dominus  
*vers. 2.*



## IN AMOSUM.

**A** Mosus Tecoa opido Judææ oriundus fuit, sed  
apud Israëlitas degit ut inquilinus: quod et-  
iam colligitur ex *cap. 7. v. 17. Pecuarium, & nomi-*  
*natim bubulcus erat cap. 1. 1. & 7. 14, 15.* Tempus  
quo prophetavit, in titulo libri notatur, nempe  
quum Ozias apud Judæos & Ieroboamus filius  
Ioasi apud Israëlitas regnarent: & quidem bien-  
nio ante terræ motum: cuius mentio fit *Zachar.*  
*14, 5. hoc est, circiter annum mundi 3160.*

<sup>1</sup> <sup>2</sup> <sup>3</sup> <sup>4</sup> <sup>5</sup>  
*Abba, potens, amplas, non est conversio, luctus,*

<sup>6</sup> <sup>7</sup> <sup>8</sup>  
*Iosephi, gladio, verba Dei profugus.*


## EXPLICATIO.

**R** *Abba* consumetur igne *v. 14. potens* non liber-  
abit seipsum, sed nudus fugiet die iræ Dei *v.*  
*11. 12. 13. amplas* domos defecturas, dictum *Iehovæ*  
*v. 15. non est conversio* Israëlitarum, etiam si gravi-  
bus malis ad resipiscentiam eos Deus sollicitave-  
rit *v. 11. & c. luctus* Israëlitis & judæis, quod non  
quæsierint bonum, *v. 14. 15. 16.*

*Iosephi* confractionem non dolentis *v. 6. gla-*  
*dio* cadent filii tui & filia tua, ait, ex Dei decreto  
*Amosus* Amaziæ, ipsum conpirationis falso ac-  
cusanti, & divinas comminationes elevanti *v. 17.*

*verba*

Verba Dei profugus quæret, qui ea jam conte-  
mnit. *vers. 11. 12.*



IN OBADIAM.


**O**Badias vel Abdias sine annotatione & gene-  
ris & temporis incipit. Colligitur tamen  
cum Jeremia & Ezechielis tempestate vixisse: si-  
cum *Jerem. 49.* & *Ezech. 25.* capitibus hæc in Edo-  
mæos propheta conferatur. Annus igitur ejus  
ab orbe condito fuerit plus minus 3158.

*Si nidum stellis inferres, dejicerem te.*

Unius Obadiæ summa dat hoc capitulum.

EXPLICATIO.

*Si nidum stellis inferres, dejicerem te:* dictum Je-  
hovæ de Edomæa, *v. 4.*



IN JONAM.

**J**onæ mentio, fit in historia regum, nominatim  
Amazie *2. reg. 14. 25.* Nam & ibi, ut hîc, dicitur  
filius Amittai. Patria ei fuit Gath-epher, opi-  
dum Zebulonis *2. reg. 14. 25. Jos. 9. 13.* Quando ve-  
ro ea, quæ Jonas describit, gesta sint, tempus cer-  
tum designari non potest nisi quod ante Jerobo-  
ami secundi tempora, vel sub regni ejus initium  
evenisse statuatur. Ad *כפר כנה* in vertice  
montis sepultus dicitur.

*1. In mare, vota dedit, credunt, exaruit herba.*


Hæc typicus Jonas bis tibi bina notat.

*E. S. EX.*

## EXPLICATIO.

**I**n mare projectus Jonas v. 13. *Vota dedit*, id est, oravit Jonas in ventre ceti: *credunt* Ninivita: v. 6. *exaruit herba ricinus*, qui obumbrabat Jonam *vers. 6.*

Typicum Jonam dico: quia fuit typus Christi Domini sepulturæ & resurrectionis; ipso Domino docente *Matth. 12. v. 39. 40.*



## IN MICHAM.

**M**ichas vulgò Michæas, ortus est patriâ Moresetha, cujus mentio fit *c. 1. 14.* opidū erat à Beniaminitis occupatum, quod prius ad regnum Gathi pertinebat, unde Moresetha Gathi appellatur, ut conjicitur ex *1. Chron. 8: 13.* Cœpit concionari sub Jothamo, plus minus circa annum mundi 3198. & continuavit officium sub Achazo & Ezechia. Cōmendatur *Ier. 26: 18.* Alius erat Michæas filius Jemlæ sub Achabo, de quo *1. reg. 22. & 2. Chron. 18.* hoc est circa annum mundi 3030.

1                    2                    3                    4                    5  
Heredem, stillent, rapientes, mons, in Ephrata

6                    7  
Qua bona, ne casu gaude inimica meo.

## EXPLICATIO.

**H**æredem, adducam tibi, o habitatria Maresæ *v. 15.* stillent isti scilicet pseudoprophetae, omnia carni jueunda concionantes. Stillare est pro-

prophetare, quasi stillas singulares sapientiae in aliorum aures & corda demittere. *rapientes* aurem miserorum ab ipsis quid vicissim passuri. versu 2. &c. *mons* domus Jehovæ (id est, ecclesia ultimis temporibus) elatus erit super colles, ut confluant ad eum populi vers. 1 *in Ephrata* minima est Bethlehema unde tamen Christus proditurus vers. 2.

*Qua bona* sit, indicavit homini Deus *vers. 8 ne casu gaude inimica meo: quum cecidero, surgam: quum sedero in tenebris, Jehova illucescet mihi,* versu 8.

## IN NAHUMVM.

**N**Ahumus dicitur Elcosæus, incertum, utrum à loco an à familia. De tempore hujus prophetiae nihil usquam exstat in sacris literis. Hebraei volunt, *sub rege Manasse unà vixisse* Joëlem, Nahumum & Habacucum. Alii sub *Ezechia* suū præconium inchoasse volunt. Alii, ex scopo Dei, quod in hac prophetia Judæos & pias Israelitarū reliquias consolari voluerit denunciatione judicii contra Assyrios, qui Israelem gravissimè infestaverunt, sub finem regni *Iosue* scriptum esse existimant. *Vide Iunium in 1. caput.* Josiæ autem imperiū initium cadit in annum mundi 3303. *Josephus lib. 9. antiq. Jud. c. 11.* scribit: *Iothamus Ozia* filius regnavit in tribu Juda Hierosolymis. natus matre urbane generis, nomine *Prasa* &c.

Hoc regnate propheta quidam existit *Naumus* nomine, qui de Assyriorum & Nini subversione

est, Erit Ninive piscina aquarum fluctuans &c.  
Evenerunt autem omnia, quæ de Ninive prædi-  
cta sunt, post annum 1175.

1


2

3

*Longanimis, Ninive vacuissima flamma. Corbabit.*  
Hæc Elcofææ sunt tria scripta manus.

## EXPLICATIO.

**L**onganimis Iehova est v. 3. Ninive vacuissima e-  
rit v. 10. flamma corabit Niniven v. 15.



## IN HABACUCUM.

**H**abacucū quādo vixerit, diversæ sunt docto-  
rum conjecturæ. De Hebræorum opinione  
jam dictum est in Nahumum, Fr. Iunius & Tre-  
mellius, Nobis, inquiūt, magis probatur, hunc præ-  
phetam sub tempore defunctis regni Iosia, aut regno  
filiorum eius prophetiā hanc conscripisse; cum pro-  
pterea, quod populi obdurationem & contumaciam  
desset, ut faciebat Ieremiā; tum etiā, quod Deus  
disertis verbis exponit, se opus iis ipsis diebus opera-  
turum esse, id est, propediens Chaldaos in Iudeam  
missurum.

1

2


3

*Chaldaos, vibet iustus, miseretor in ira.*

Vic tria vaticinans hæc Habacucus habet;

## EXPLICATIO.

**C**haldaos excitabo. cōtra Iudeos v. 6. Vibet ius-  
tus fide v. 24. miseretor in ira o. Iehova v. 2.



## IN SOPHONIAM.

Sob.



Sophonias (Hebraicè Zephanjah) filius Cusi, temporibus Josiæ post reformatam ecclesiam prophetavit, circa annum mundi 3316.

1

2


3

*Nec bona nec mala fert, jus querite, perditæ cuncta.*

Hæc tria dat querulâ voce Sephanja docens.

## EXPLICATIO

*Nec bona nec mala fert* Jehova, ajunt impii versu 12. *jus querite*, querite mansuetudinem: fortasse abscondemini die iræ Jehovæ v. 3. *perditæ cuncta* peccatis & pœnis: sed tamen reliquias servabit & ecclesiam liberabit Dominus.



## IN HAGGÆUM.

Haggæus anno secundo Darii regis, mense sexto, die ejus primo, prophetavit, quum Zerubbabel filius Sealthielis dux Judæ & Josua maximus sacerdos esset: circa annum mundi 3444. Hortatur populum ad reedificandum templum. Hebræi volunt, tres prophetas, Haggæum, Zachariam & Malachiam mortuos esse uno mense, sicut coeperunt simul prophetare anno secundo Darii, & post illos ablatam esse prophetiam ex Israele. Eo referunt illud Zach. ii. v. 8. *Succidi tres pastores in mense uno*, quatenus id aliter de tribus Josiæ filiis, Joaso, Joachimo, & Zedechia intelligatur. Ita unus mensis breve temporis intervallum fuerit.

1

2

*Non saturi, templi postremi gloria major.*


E. 7

Hag-

Haggæi digitis hæc duo scripta manent.

**N**on saturi eritis, licet edatis & bibatis &c. 6. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

in eo complendam v. 7.



## IN ZACHARIAM.

**Z**acharia filius Berechia altero post mense docere cœpit, quam Haggæus. Idcirco parte argumenti, quod tractant, conveniunt.

1 Rufus equus, 2 murus, 3 germen, 4 lychnachus, 5 in epha,

6 Currus, 7 ius veri, 8 ne mala, 9 rex, 10 plusquam,

11 Pavi, 12 respicient pastorem, 13 montis olivæ.

Zacharias numerat sena bis atq; duo.

## EXPLICATIO.


**R**ufus equus, coloris ignei, typus potentia Dei, qua suos tuetur & cōsumit hostes &c. 8. murus igneus est Deus ecclesie circumquaque &c. 9. germen adducturus sum, Christam nempe &c. 8. lychnachus aureus visus prophetæ, typus ecclesie illustris & preciosa, &c. 3. in epha sedens mulier, typus impiorum Judæorum, qui collecti in unum, immutabili Dei iudicio perdendi erant v. 7.

Currus quatuor, typi angelorum, per totum mundū discurrendo iussa Dei capeffentiū &c. 2. ius veri dicite, benignitatē exercete &c. 9. ne mala alterius cogitate in animis vestris &c. 7. rex tuus, Sion, advenit tibi iustus, salutifer, insidens asino vers. 9.

plus-

*pluviam* tempore serotinae petite, Jehova efficiet  
nimbos v. 3. (X)

*Pasci*, ait Dominus, oves interfectionis baculis duobus, amoenitatis & devincientium v. 7. *respicient* ad me quem transfixerint v. 10. *pastorem* percutiet Deus & dispergentur oves v. 7. *montis olive* scissio quasi, prae gloria Christi evangelium ibi ferentis: ut in Sina monte lex lata fuit v. 4.



## IN MALACHIAM.

**M**alachias prophetarum ultimus est, qui nō jam amplius ad instaurandum templū hortatur, sed eo jā restructo & cultu restituto, profanationes ejus nefarias redarguit. De iis in Esdræ & Nehemiæ libris non pauca leguntur. Collocari solet post annum 3454. Hebræi autem mant. Esdram & Malachiam esse eundem.

1                      2                      3                      4

*Si Dominus, vestris maledicam, qua lucra, mittam,*  
Nuncius hæc Domini in duo membra notat.

## EXPLICATIO.

**S***i Dominus* sum, ubi reverentia mei v. 6. *vestris maledicam* benedictionibus, o sacerdotes v. 2. *qua lucra*, si ambulaverimus a trahere metu Jehovæ exercituum, ajunt improbi: *mittam* Eliam prophetam, id est, Johannem baptistam, antequam veniat dies Jehovæ, ut convertat cor patrum ad filios & cor filiorum ad patres, ne veniens percutiam terram anathemate.

*Memo.*

  
*Memoriale in libros*  
**NOVI TESTA-**  
**MENTI.**

DE NOVO TESTAMENTO  
in genere.

**N**ovum testamentum sunt libri scripti post  
 tempus Christi in carne patefacti. Id divi-  
 ditur in partem historicam, didascalicam & pro-  
 pheticam. Historiam de Christo & exordio ec-  
 clesiae Novi Testamenti habemus in quatuor e-  
 vangelistis & in actis; Didascaliam in epistolis;  
 prophetiam in apocalypsi. Novi Testamenti æ-  
 dificatores recenset apostolus Eph. 4. v. 11. ubi de  
 Christo exaltato ait *Is igitur dedit alios quidē a-*  
*postolos, alios verò prophetas, alios autem e vangelis-*  
*tas, alios autem pastores & doctores.* Primarii erāt  
*apostoli,* tanquam episcopi extraordinarii & uni-  
 versales ecclesiae militantis. Horum affecta erāt  
*e vangelista,* qui ecclesias ab illis inchoatas dein-  
 cept exædificarent. *Propheta* extraordinarii do-  
 no interpretandarum scripturarum pollebant.  
 Ita omnibus ministris ab apostolo recitatis verbi  
 & sacramentorum dispensatio communis fuerit.  
 licet alii diversum sentiant. Cæterum ad histori-  
 am N. Test. intelligendam conferet aliquid hæc  
 tabella chronologica.

An. Imp. peratorū	Annū Christi	Scri- ptura.
Tiberii 15	30	Christus in Iordane à Iohanne ba- ptizatus, Luc. 3;
18	33	Christus passus
19	34	Stephanus lapidatus. Persequutio sub Stephano. Discipuli dispersi, prater apostolos. Petrus & Ioan- nes in Samaria legati. Act. 7. & 8.
20. 21. 22	35. 36.	Pauli conversio: & predicatio i- psius in Arabia & Damasco. Act. 9. Gal. 1.
23 Caii	38.	Pauli primus Hierosolymam ad- ventus post tres annos: à sua con- versione, ut videret Petrum; ubi mansit diebus 15. inde iussu Domi- ni elabatur Tarsum, Act. 9. & 22. Gal. 1.
102 3. 4. Claudii 1. 2. 3. 4. 5	36. 40.	Pax in Iudea, Galilæa, & Sama- ria. Ecclesia in his locis crescit: 43. 44. Petrus in Palestina sanat Æne- am, suscitatur Tabitham: ad Cor- nelium accedit, redit q̄ Hierosoly- mam. Interim Paulus in Syria & Cilicia, presertim in sua patria, Tarsi, subsistit. Act. 9. & 01. & 11. Gal. 1.

An. Imp.  
Claudii

An. Chr.

Scriptu-  
ra.

6

48

Conversio prima Antiochie;  
missio Barnabae eò, qui sibi ad-  
junxit Paulum Tarso abductū.  
Tunc secundus Pauli Hierosoly-  
mā aduentus cum Barnaba, post  
annos 14. à conversione, qui eò-  
tūm collectas attulerunt, occa-  
sione famis, qua saevit sub Clau-  
dio. Contulit Paulus suam pra-  
dicationem cū apostolis. Occisus  
est Iacobus ab Herode, Petrus in-  
carcerē coniectus, inde liberatus  
pergit Antiochiam. Act. 11. &  
12. Gal. 2.

7

49. Paulus reversus Antiochiam, pro-  
ficiscitur Cyprum: peragrat ali-  
as regiones, & revertitur Anti-  
ochiam. Ibi reprehendit Petrus.  
Act. 13. & 14. & 15. Gal. 2.

8

50 Pauli tertius aduentus Hierosoly-  
mam, pro controversia legalium:  
fitq; conciliū Hierosolymitanū  
cui interest Petrus. Act. 15.

8

50 Paulus revertitur Antiochiam, in-  
de spargit Evangelii semina in  
Macedonia, Thessalonica, A-  
thenis, &c. pervenitq; Corinthū;  
quo tempore à Claudio Iudaei I-  
talia pulsi. Act. 15. 16. 17. 18.

9

51

An Imp.	An. Chr.	Scriptura
Claudii		
10	52	Paulus manet Corinthi sesqui ann-
11	53	num: Et fortasse hoc tempore ex voto visitabit Hierosolymam. Act. 18.
12	54	Paulus denuo Ephesi: ibiq; mora-
13	55	tur per bienniū; in Gracia per tres menses Act. 19. & 20.
Neronis	56	Pauli quartus (Et fortasse quintus) Hierosolymam aduentus:
1. 2.	57. 58.	ipsiusq; vincula Hierosolymis, & Caesarea, per bienniū Act. 21
3. 4.	59. 60.	Paulus vincitus Romam abduci-
5.	61	tur; ibiq; in vinculis biennio pra- dicat., Act. 28.
6. 7. 8.	62. 63	Paulus solutus predicat Romae,
9. 10. 11.	64. 65	Et in Occidente. Petrus vero post concilium Hierosolymita-
	66. 67	num in Oriente predicat, in Ponto, Cappadocia, Asia, Bi- thynia, &c. 2. Tim. 4.
12.	68	Simon magus Romae iterū debac- chatur. Accurrunt Petrus & Paulus; prosterunt magum; & martyrio coronantur. Vide Marci Antonii de Dominis lib. 1. de rep. ecclesiast. c. 40

Pasto.

*Pastores & doctores* sunt ordinarij ecclesie gubernatores, in uno aliquo loco occupati, eos alij putant non esse diversos, sed idem munus duobus nominibus designari; ut Augustinus epist. 59. vide & Hieronymum, Chryostomum, Theodoretum, Oecumenium in cap. 4. ad Ephesios, alij diversos esse censent, & certe fuerunt semper & nunc sunt atque erunt, qui docent quoque verbum Dei voce & scriptis, in scholis & privatim, qui tamen ecclesiam non gubernant.

De evangelistis.

**E**vangeliū est lātum nunciū: in ecclesia peculiariter illud, quod est de Christo exhibitō & salute per eum parta. Quum autem quatuor evangelia dicimus, evāgelii vox usurpatur pro historia de Christi ortu, vita, doctrina, morte, resurrectione, ascensione in cœlum & sessione ad dextram Dei, donec redeat ad iudicandū vivos & mortuos. Qui historiam de eo descripserunt, evangelistæ vulgò specialiter appellantur, tanquam evangeliographi: ut Matthæus, Marcus, Lucas, Johannes: omnes, à Palæstina oriūdi, qui hoc ipso ordine scripsisse putātur. Theophylactus Matthæum quidem VIII, Marcum X., Lucam XV., Johannem XXII anno post ascensionem DOMINI historiam evangelicam literis consignasse perhibet. Matthæus & Johannes fuerunt apostoli ex XII., at Marcus & Lucas evangelistæ, de quibus suo loco.

De Matthæo.

**M**atthæus (qui & Levi) quum antè publicanus esset,



esset, vocatus est in Christi discipulatum, vide cap. 4. Scripsit anno tertio Claudii Imperatoris, qui erat octavus post ascensionem Christi in coelos. Vulgò existimatur, Hebraica lingua hujus evangelium conscriptum & ab alio conversum esse in Græcum sermonem. Id sanè multi veterum affirmant, sed ecclesia primitiva, jam inde à primo illius exordio, Græco textu, quem habemus, est usa, eumque pro authentico habuit. Athanasius textum Græcum S. Jacobo ascribit. Ait enim: *Evangelium secundum Matthæum ab ipso Matthæo Hebraica dialecto conscriptum est & editum Hierosolymis, & interpretantelacobo fratre Domini secundum carnem, qui & primus à sanctis apostolis Hierosolymorum episcopus exegorovh dicitur, i. constitutus est.* Alii Johannem evangelistam dicunt Græci textus Matthæi auctorem, ut legitur in vita Matthæi & apud Theophilactum. Sunt qui Barnabæ apostolo, sunt, qui Luca & Paulo attribuant. Verum textum Hæbraicum (inquit Casaubonus) Thomas fortasse & alii apostoli in orientis regiones detulerunt. Is certe, quem se vidisse ait Hieronymus, cujusque miminit Epiphanius, non fuit ille *γνήσιος*, h. e. genuinus textus Hebraicus, quem scripserat Matthæus, sed apographum quoddam illius, miris modis corruptum, quod propterea in nullo usu ecclesiis illorum locorum & temporum fuit, sed in paucissimorum virorum eruditorum bibliothecis latebat, ut ostendit Hieronymus, proprium hæreticorum Ebionitarum & Nazæorum, catholicæ

ecc'

ecclesiæ damnatum, quæ (ut verè ait Dionysius Carchusianus) in secundum caput Johannis, Hebraicum illud evangelium inter falsa semper computavit. Ferunt autem, Matthæum à judæis ad gentes concessurum evangelicam suam historiam ad illorum confirmationem reliquisse, postea in Macedonia docuisse, & in Æthiopiam usque fidem Christi transtulisse, & ab Hyrtace capite plexum esse, quum ejus ad regnum aspirantis conatibus restitisset: circa annum Christi 82. In Arabico l. de evangelist. vita (quæ edidit D. Kirstenius) scribitur, Matthæum in civitate Beschberi lapidatum & in Arthageneta Cæsareæ sepultum esse. Nicephorus lib. 2. 41. narrat, Matthæum apud Anthropophagos in urbe Myrmena munus concionandi clausisse & ibidem clavis in terram defixum esse. Alii urbem, in qua sepultus, Naddaver vocant ut Venant, lib. 8.

1	2	3	4	5
<i>Progenies, natus, lotus, non pane, beati,</i>				
6	7	8	9	10
<i>Orantes, portam, lepra, remissa, crucem,</i>				
11	12	13	14	15
<i>Johannes, panes, semen, phantasma, catelli,</i>				
16	17	18	19	20
<i>Petra, stater, luscum, ne prohibete, licet.</i>				
21	22	23	24	25
<i>Rex venit, an censum, Ga scriba, signa, talenta,</i>				
26	27		28	
<i>Ter negat, in tumultum, mox rediſſibus adest.</i>				

E X P L I C A T I O.

**D**rogenies ab abrahamo usque ad Christum *natus*

*tus*

*Christus*: Bethlehemi *lotus*, id est, baptizatus à Johanne in Jordane: *non pane solo vivit homo: beati quinam?*

*Orantes* ne blaterate ut ethnici v. 7. *portam* per angustam introite v. 13. *lepra* cujusdam purificata, v. 3. *remissa* sunt tibi peccata tua, ait D. paralytico *vers. 2. crucem* qui non accipit ac ponè me sequitur, non est me dignus, v. 28. (X)

*Iohannes* mittit discipulos ad Christum *vers. 2. panes* proposititios edit David v. 4. *semè* quadrupliciter cadens v. 5. & c. *phantasma*, i. e. spectrum est, dicebant discipuli turbati, quum viderèt Dominum in mari ambulantem: *catelli* edunt ex micis, quæ cadunt è mensa dominorum.

*Petra* Christus, in qua ædificata ecclesia: *stater* exceptus ex ore piscis, solvitur pro DOMINO & Petro, v. 27. *luscum* ingredi in regnum cælorum, bonum est potius, quam duos oculos habentem conjici in gebennam ignis v. 9. *ne prohibete* puerulos ad me venire, v. 14. *licet* mihi, quod volo, facere in meis. (XX)

*Rex* venit tuus tibi lenis, *vers. 5. an censum* dare Cesarid liceat? v. 17. *Et scribe* vobis & pharisæi, v. 13. & c. *Signa* adventum Christi ad iudicium anregressura: *talenta* servis tradita, v. 15.

*Ter* negat Petrus Dominum, v. 70. & in tumultum deponitur Dominus de cruce, v. 60. *mox* redibit *adest* primo hebdomadis die.

## IN MARCUM.

Quamvis Marcus & Lucas ex XII. apostolis non

non fuerint: tamen inter immediatè vocatos Dei ministros & amanuenses referuntur. Theophylactus eos inter Lxx. discipulos ponit. Eusebius histor. eccles. lib. 2. cap. 15. ex Clemente (scilicet lib. hypotyposium) refert, Marcum à Romanis rogatum scripsisse evangelium, quod Petrus, quum ex instinctu Spiritus sancti esse cognovisset, in ecclesiis auctoritate sua confirmavit. Inde Latine initio consignatum esse nonnulli sunt opinati, sed sine causa. De ejus natalibus & vitæ eventis nihil certum habetur, videtur sanè is esse, quem Petrus i. epist. c. 5. filium suum, nempe conversione aut charitate appellat. Marcus alio nomine dictus est Johannes Act. 12. v. 12. & 25. & 15. 37. Patria Marci in vita eius Arabicè scripta dicitur קברצ, Act. 12. 12. Barnabæ cōsobrinus dicitur. Octavo Neronis anno Alexandria mortuū esse (succeedente ipsi Aniano) scribit Hieronymus; & Dorotheus martyr asserit, eum Alexandria à Bucolo ad Angelorum locum fune raptatum, & ibi ab idololatriis crematum & in ipso Bucoli loco sepultum esse. Trajanus verò circa annum Christi 100. imperator est factus.

1	2	3	4	5
<i>Febreicitans, medico, mater mea, quòd mare, fluxu</i>				
6	7	8	9	10
<i>In patria, illotis, quem pudet, igne, bonum,</i>				
11	12	13	14	15
<i>Ficus, quum septem, vigilate, dat unguina, passus,</i>				

*Sir.*

*Serpentes tollent.* Disce quaterna quater.

## EXPLICATIO.

**F**ebriticans Petri socrus sanatur à Domino, v. 30, 31. *medico non opus est iis, qui valent, v. 27. mater mea, soror, & frater meus est, qui facit voluntatem Dei, v. 35. quòd mare & ventus auscultent ei, quisnam iste est? fluxu sanguinis liberatur mulier v. 29.*

*In patria est inhonoratus propheta. ver. 4. illorum manibus edere planè discipulos Domini querebantur Pharisei, ver. 2. quem pudet mei & sermonum meorum, ejus etiam pudebit filium hominis, vers. 38 igne omnis homo salietur, ver. 40. bonum cur me dicis? nullus est bonus nisi unus, nempe Deus v. 18.* (X)

*Ficus, quam exsecrabatur Dominus, exaruit, ver. 24; quum septem habuerint unam uxorem, cujus uxor sit futura illa, quærunt stulti Sadducei, v. 18. &c. Vigilate & orate. nescitis enim, quando præstitutum illud tempus sit futurum v. 31. dat unguina nardi liquidæ præciosæ mulier quædam in caput Domini, v. 3. passus Dominus varia mala & mortem pro peccatis nostris.*

*Serpentes tollent apostoli, & si quid letale biberint, non nocebit eis.*

## IN LUCAM

**I**ucas ex Pauli apostoli comitibus fuit in peregrinationibus & carcere. Veteres scriptores Antiochenum fuisse ajunt. & medicum professi-

F

one

one nonnulli etiam pictorem scientiâ. Sed ille Lucas non videtur esse, cujus mentio fit *Col, 4. 14.* Nam, si Lucas jam tunc evangelista fuit, vix causa fuerit, cur medicum eum apostolus maluerit nominare. Iñidorus profelytium fuisse scribit, Græcis & philosophicis literis eruditum. Quamvis eum ex LXX. discipulis quidam fuisse velint: tamen ex evangelii initio patet, eum inter Christi familiares non vixisse. Arabicus auctor vitæ evangelistarum tradit, Lucam ex LXX. discipulis fuisse, & unū ex eis, quibus Christus apparuit in vita Emanitica. Idem Lucas est, qui scripsit etiam acta apostolorum. In Bithynia dicitur mortuus anno Christi LXXVIII, si Bedæ credimus. At Hieronymus lib. de illustr. eccl. doctoribus, *Vixit, ait, 84 annos, uxorem habens: sepultus est Constantinopoli, ad quem urbem 20. Constantii anno ossa ejus cum reliquiis Andree apostoli\* translata sunt de Achaia.* Dorotheus ait, Ephesi mortuum & ibi sepultum esse.

1	2	3	4	5
Elisabetha,	puer,	Johannes,	dæmones,	utres,
6	7	8	9	10
Vellebant,	Nain,	oppida,	quinq;	bonam;
11	12	13	14	15
Signum,	fermentum,	Siloa,	causa,	receptus,
16	17	18	19	20
O Economus,	serui,	vende,	minu,	dominus;
21	22	23	24	
Templum,	pascha parant,	sepelitur,	fertur in altū;	

Lucas de Christo bis duodena notat.

\* S. Timothei, ut habet Dorotheus.

E. X.

**E**lisabetha parit Johannem, v. 57. puer Christus  
crescebat & corroborabatur spiritu, v. 40. Jo-  
hannes predicabat baptismū resipiscentiæ ad re-  
missionem peccatorum, vers. 3. *damones* clamant,  
Certè tu es Christus ille, filius Dei, v. 41. *utres* in  
veteres nemo injicit vinum novum, v. 37.

*Vellebāt* discipuli spicas sabbatho, v. 1. *Nain* vo-  
cata civitas, ubi viduæ unicum filium à morte re-  
sulcitavit Dominus, v. 11, 13, & c. *oppida* & vicus obi-  
bat docendo Dominus, v. 1. *quinq;* panibus & du-  
obus piscibus saturati abundanter quasi viri quin-  
quies mille, v. 14. & c. *bonam* partem elegit Maria,  
vers. 42. (X)

*Signum* Jonæ prophetae dabitur genti impro-  
bæ, v. 29. *fermentum* pharisaorum cavendum, v.  
1. *Siloæ* turris occidit decem & octo; ita omnes  
peribitis, nisi resipiscatis, v. 4. 5. *cæna* magna ab  
invitatis contemnitur, v. 16. & c. *receptus* seu re-  
perrus filius prodigus, v. 24, 27 & c.

*Oeconomus* delatus ad Dominum, v. 1 & c. *servi*  
inutiles sumus, diceris, quū feceritis omnia, quæ  
edicta sunt vobis, vers. 10. *Vende* omnia, quæ ha-  
bes, & distribue pauperibus, & habebis thesaurū  
in cælo, v. 22. *minas* homo nobilis dedit servis,  
ut lucrum facerent ipsi, v. 12. & c. *dominus* Davi-  
dis Christus, v. 42, 44. (XX)

*Templum* destruetur, v. 6. *pascha* parant disci-  
puli Domino, v. 14. *sepelitur* Dominus, v. 53. *feritur*  
*in altum*, in cælum Dominus, v. 51.

## IN JOHANNEM.

**J**ohannis pater erat Zebedæus: ut est *cap. 21. 24.*  
**M**ater, magno veterum consensu, Salomæ fuisse  
 dicitur, & colligitur ex *Matth. 26. 56.* & *Marc.*  
*1. 1.* Piscator initio fuit cū Patre & Jacobo ma-  
 jore, fratre, *Matth. 4. 21.* *Marc. 1. 19.* patria fuit  
 Bethsaida opidum in Galilæa ad lacum Genesarethanum.  
 Charissimus Christo discipulus fuit, & usque ad LXVIII.  
 annum post Christi passionem vixisse dicitur, ad Trajani tēpora.  
 Varia de morte ejus dicuntur. Alii volunt, non esse mortuum  
 ex *Iob. 31. cap. vers. 22.* non intellecto, alii, fuisse sub  
 Traiano occisum: alii mortuum fuisse, sed eodem die resurrexisse  
 & in cœlum translatum esse. plures tamen referunt, eum naturalem  
 mortem obiisse circa annum Domini CIV. Præter evangelium  
 etiam tres epistolas & apocalypsin ecclesiæ reliquit.  
 Hieronymus de eo scribit: *Novissimus omnium scripsit evangelium,*  
*rogatus ab Asia episcopis, adversus Corinthum aliosq; hereticos,*  
*& maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt,*  
*Christum ante Mariam non fuisse; unde & compulsus est*  
*divinam ejus nativitatem edicere. Sed & aliam causam hujus*  
*scripturæ ferunt: quod, quum legisset Matthæi, Marci &*  
*Lucæ volumina, probaverit quidem textum historiae,*  
*& vera eos dixisse firmaverit. sed unius tantum anni,*  
*in quo passus est, post carcerem Iohannis historiam texuisse.*  
*Prætermisso itaq; anno, cujus acta à tribus exposita fuerant,*  
 superioris



rioris temporis, antequam Iohannes clauderetur in carcerem, gesta narrabit. Quarto decimo anno, secundam post Neronē persecutionē movente Domitiano, in Patmū insulā relegatus scripsit apocalypsin. Interfecto autē Domitiano, & actis ejus, ob nimiam crudelitatem, à senatu rescissis, sub Nerone principe rediit Ephesum: ibiq; usq; ad Trajonū principem perseverans totas Asia fundavit & exivitq; ecclesias, & confectus senio 68. post passionē Domini anno mortuus, juxta eandem urbem sepultus est.

Dorotheus scribit, Iohannem à Trajano actum in exiliū in insula Patmo scripsisse evangelium: & Ephesi edidisse per Cajū hospitem & diaconum. Post obitum autē Trajani ex insula concessisse Ephesum & ibi vixisse, seq; ipsum ex Dei voluntate sepelivisse. Meminit tamen etiam, quòd alii scribant, eum sub Domitiano exulem fuisse.

1      2      3      4      5  
Sermo, Cane, serpens, Samaritica, tolle grabatum,

6      7      8      9      10

De caelo, Veniunt, machica, cæcus, oves,

11      12      13      14      15

Lazarus, extersit, lavat, omnia, vos ut amavi,

16      17      18      19      20

Arguet, oro, cadunt, lancea, surgit homo,

21

Pasce meos agnos. Recitat bis dena Iohannes

Ac unum Christi de Deitate caput.

EXPLICATIO.

¶ Sermo erat Deus & 1. Cane nuptiæ factæ, & 1. Serpens ut exaltatus in deserto: sic extolli oportet filiū hominis & 14. Samaritica mulier colloqui-

tur cum Domino ad fontem Jacobi: *tolle grabatum & ambula*, dixit Dominus cuidā, qui agrotarat 38. annos, v. 5. 12. &c.

*De cælo* qui descendit panis, ego sum, ait Dominus *vers. 41. veniat ad me, & bibat, si quis sitit, vers. 37. mœchica* mulier adducta ad Christum &c. *S. cæcus* natus visa donatur: *oves* meæ vocem meam audiunt &c. 27. (X)

*Lazarus* à morte resuscitatur, *extersit* Maria pedes Christi capillis suis *vers. 3. lavat* Dominus pedes discipulorum &c. *omnia* docebit vos Spiritus s. &c. 26. *Vos ut amavi, ita amate alii alios*, &c. 12.

*Arguet* Spiritus sanctus mundum de peccato, justitia & judicio, &c. *oro* pro iis, quos dedisti mihi &c. 9. *cadunt* humi quærentes Dominum ad verbum ipsius, *vers. 6. lancea* impingitur in latus Domini &c. 3. 4. *surgit humo*, ex sepulcro, Dominus. (XX)

*Pasce meos agnos*, ait Dominus ad Petrum, &c. 15. *xxi* capita Christi de deitate recitat Johannes; quia illam imprimis voluit demonstrare.

---

### IN ACTA APOSTOLORUM.

**A**cta apostolorum sunt chronica quædā primæ ecclesiæ in novo testamēto. Sic dicuntur, quia res primis ecclesiæ Christianæ temporibus maximè ab apostolis gestas describunt. A Græcis posterioribus hic liber uno nomine dictus est *πράξα ἀποστόλων*. Lucas evangelista auctor est hujus libri: & eo comprehendit historiam ab anno 20. imo

20. imperii Tiberii & hinc sub Caligula & Claudio, ad 20. annum Neronis, per annos scilicet xxxi. Conciliū illud, de quo cap. 15., incidit in annum xviii. a resurrectione Christi, qui est nonus Claudij. ut monet Hieronymus in cap. 2. ad Galatas.

1	2	3	4	5
In caelum, lingua, claudum, vendunt, Ananias,				
6	7	8	9	10
Ut mensa, Stephanus, non tibi, Saule, Petrus,				
11	12	13	14	15
Gentibus, Herodes, Elymas, tauros, iuga legis,				
16	17	18	19	20
Custos, scripturas, vota, libri, proprio,				
21	22	23	24	25
Zonam, Romanus, Phariseus, praeses, Agrippas				
26	27	28		
Narrat, naufragium, Siper a nil nocuit.				

## EXPLICATIO.

In caelum aspicientibus discipulis, receptus est Dominus, vers. 11. lingua dispartita instar ignis visa in apostolis, & 3. claudum ab utero sanat Petrus vers. 7. 8. vendunt aliqua bona Christiani, & precia deponunt ad pedes apostolorum in usum pauperum, vers. 34. 35. Ananias ob fraudem interversi pretij, cum uxore, repentinâ morte mulcatur.

Ut mensa ministrent apostoli, derelicto sermone, non iudicant æquum vers. 2. Stephanus, causâ dictâ apud Iudæos, lapidatur: non tibi est pars neq; fors in hoc negotio vers. 23. ait Petrus

ad Simonem magum, *Saule*, quid me persequeris? *vers. 4. Petrus* Cornelio & familiae evangelium annunciat *ver. 34. &c.* (X)

*Gentibus* etiam Deus resipiscentiam dedit ad vitam *vers. 18. Herodes* Jacobi occisor à vermicibus corroditur: *Elymas* magus excecatur à Paulo *ver. 9, &c. tauros* vittatos sacerdos Lytrensium adduxit, Barnabae & Paulo, tanquam Jovi & Mercurio, sacrificaturus *vers. 13. iuga legis* Mosaicae non imponenda cervici discipulorum *ver. 10.*

*Custos* carceris à Paulo & Sila convertitur *ver. 31. scripturas* examinabant Judaei Bercoenses, an ita se haberent, quae Paulus docebat, *ver. 11. vota* nuncupata Paulus exsolvit *ver. 18. libri* magici exuruntur *ver. 19. proprio* suo sanguine Deus ecclesiam acquirit, *ver. 28.* (XX)

*Zonam* Pauli sumit Agabus, & victum ipsum iri praedixit *ver. 11. Romanus* num tu es, quaerit ex Paulo tribunus *ver. 29. Phariseus* ego sum, ait Paulus, haecenus scilicet, quia contra Sadducos credebat resurrectionem carnis, & spiritum, *ver. 6. praeses* Felix expavescit concio Pauli, pecuniae quam veritatis studiosior *Agrippa* Festus negotium Pauli exponit.

*Narrat* Paulus Agrippae vitam vocationemque suam: *naufragium* Pauli, citra tamen vitae suae & sociorum jacturam: *Vipera* nil nocuit Paulo in ignem excutienti illam *ver. 5.*

DE EPISTOLIS IN GE-  
NERE.

**I**N apostolicis epistolis enarratur & ad usum fi-  
dei ac pietatis accommodatur historia evan-  
gelica, plurimum hoc ordine sunt conscriptæ; ut  
sit in eis.

I. *Inscriptio*; ubi nomen scriptoris, eorum ad  
quos scribitur, & votum.

II. *Res epistolicae*; quæ aliàs sunt merè reli-  
giosæ, de articulis certis fidei, aut de vitæ  
pietate, aut etiam de adiaphorum u-  
su: aut sunt res familiares, testantes de mu-  
tua benevolentia &c.

III. *Conclusio*; in qua sunt extremæ hortatio-  
nes, salutationes, vota, aut res aliæ fami-  
liares.

Primum dicimus τὰ πρὸ τῆς ἐπιστολῆς, i. e. quæ  
epistolæ præmittuntur: alterum, τὰ ἐπιστολικὰ,  
ipsam epistolam: tertium, τὰ μετὰ τὴν ἐπιστολὴν,  
id est, quæ post epistolam adduntur. Cæterum,  
quantum lucis libri Samuelis & regum Psal-  
mis intelligendis afferunt: tantum apostolici-  
epistolis acta apostolorum: ideoq; eorum his-  
toriam familiariter interpreti & studioso no-  
tam esse oportet.

DE S. PAULO ET EJUS  
SCRIPTIS.

**P**aulus Judæus erat de tribu Benjaminis, natus Tarsi, quæ urbs est Ciliciæ non obscura. Hieronymus lib. de script. eccl. c. 5. scribit: *Opi- do Judæa Gischalis fuit, quæ à Romanis capta, cū paren- tibus suis Tarsum Ciliciæ comigravit, à quibus ob studia legis missus est Hierosolymam.* Gischala qui- dem fuit opidum Galileæ, idq; munitum satis: quod Josephus testatur à Tito donitum fuisse antiq. l. 14. c. 8. & de bell. Judaic. lib. 4. c. 4. Judæa etiam ante à Romanis subacta est, Pompejo du- ce, qui ut, Strabo ait geogr. lib. 16, Alexandri fi- lios Hyrcanū & Aristobulum de imperio disceptan- tes superbeniēs dejecit atq; eorū mutationes evertit. Sed neutrum tempus ætati Pauli aptari potest. Et Hieronymus ipse commentario in epistolam ad Philemonem, quum de Epaphra loquitur, illam narratiunculam vocat fabulam. At quomodo Tarsum venerant Pauli parentes? Aut volun- taria discessione id factum est, aut sub Antio- chi persecutione. Vide Epiph. har. 30. Cer- tē non sine DEI singulari providentia accidit, quod jam olim etiā ante postremam templi de- structionē passim Judæorum colonie inter gen- tes esse cœperunt: qua de re Philo testatur. I- dem Paulus etiam Saulus dictus est; quorum no- minum hoc Hebræum, illud Romanum est, quod  
ideo

ideo factum putamus, ut altero originem ex Hebraeo populo, altero autem jus civitatis Romanae ostenderet. Solenne certe Judæis fuit, duobus aut etiam tribus nominibus uti in se appellandis: quod Origines monet in cap. 1. epist. ad Romanos: Scaliger canon. Isagog. lib. 3. scribit: *Major pars Judæosū binomines erāt, altero nomine Judaico, altero Græco, ut Jannaus Alexander: Joakimus Alcimus: Jesus Jason: Onias Menelaus: Johannes Hyrcanus: Saulus Paulus, cujus nominis Latini non prius est mentio in Actis, quàm ad gentiles missus est, quibz notior erat Romana appellatio, quàm Judaica Act. xiii. 9. Hierosolymis ad pedes Gamalieleis institutus, in pharisaismo zelotes evasit Roman. 11. 6. 1. Act. 21. 6. 39. 22. 3. & initio persequutor quoque fuit Christianorum, donec per Dei gratiam converteretur circa annum XXXVI. à nato Christo, altero scilicet post passionem Christi, qui fuit vigesimus imperii Tiberii. Historia conversionis narratur Act. 9. & 22. Superstes autem fuit ad annum à nativitate Christi LXX. nempe docuit per XXXVI. annos. Itaque vixit sub Tiberio quatuor annos, sub Caligula quatuor, sub Claudio quatuordecim, totidem sub Nerone; cujus ipsius jussu capite plexus est, sepultus in via Ostiensi, anno post passionem Domini XXXVII. Neronis anno XIV. ut Hieronymus auctor est, qui & hæc scribit: *post passionem Domini, anno XXV, i. e. secundo Neronis, eo tempore, quo Festus procurator Judææ successit Felici, Romã vinculus mittitur, & bien-**

niū in libera manens custodia, adversus judæos de adventu Christi quotidie disputavit. Sciendum autem in prima satisfactione, nec dū Neronis imperio roborato, nec in tanta erūpente sceleris, quāta de eo narrant historia, Paulū à Nerone dimissū, ut evangelium Christi in occidentis quoq; partibus predicaret. 2. Tim. 4. 10. De actionibus ejus & passionibus cæteris acta apostolica testantur: & ipsæ ejus epistolæ, quas reliquit cœlestium mysteriorum plenas quatuordecim: quarum quasdam scripsit, antequam Romam vincētus esset deductas, quādam ad Cæsarem appellasset, quasdam ex vinculis.

De tempore & loco, quo singulæ epistolæ sunt conscriptæ, non est facile statuerē. Neq; enim illis nitendum est subscriptionibus, quas ad calcem invenimus: quippe quæ non tantum sunt inconstantes & in diversis exemplaribus variè leguntur, sed sæpe ex ipsis literis possunt redargui. Neq; est putandum, eas locorum annotationes à Pauli ipsius manu esse. Plerasq; tamen epistolæ ex vinculis, quum Romæ captivus esset, eum scripsisse apparet. Si non essent vitiosæ illæ locorum ascriptiones, de tempore sic statueretur. Ad Thessalonicenses primū scripsisset Athenis (act. 17.) anno Christi nati 55. conversionis suæ 2., Claudii 13. deinde anno 56. ad Romanos Corintho: id quod etiam planè verum videtur, act. 18: primam ad Corinthios Epheso, anno Christi 60. conversionis 26. Neronis 4., 1. Cor. 16: secundam ad Corinthios Philippis anno 61. vide 2. Cor. 2. & 13. act. 20. Postquam autem Romam



Romam adductus fuit, quod factum anno Christi 66., conversionis 13, Neronis 10, (historia est act. 27.) scripsisset primum ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses: deinde ad Philemonem; hinc secundam ad Timotheum. Sed ad Galatas potius Antiochia scripsit, ut monet Marcus Antonius de Dominis de repub. eccles. lib. 4. cap. 1. num. 23. Quæ verò vinculorum & domûs Cæsaris meminerunt: eas Roma missas esse colligimus.

---



---

IN EPISTOLAM AD  
ROMANOS.

**R**omanorum nomen notissimum est ab urbe Roma, quæ non Italiæ tantum, sed & prope modum totius orbis caput fuit. Primum autem Romani dicebantur, qui in ipsa illa urbe degabant: deinde quicumq; in Italia viventes / ei ut matri urbi annumerabantur. Ita hîc Romanos vocat apostolus, qui Romæ & in Italia Christo nomen dederant, doctrinam evangelii amplexi. Ipsa verò Roma à Romulo dicitur, qui urbem vel condidit vel auxit anno III. sextæ Olympiadis, ut Varro habet, vel IV., ut Cato, anno ante natum Christum 750, qui erat annus mundi circiter 3212. Est autem hæc epistola omnium illustrissima, Christianæ religionis epitome, diligentissima & frequentissima relectione emeditanda; ex qua etiam hodiernas Romanensium ab antichristo introductas & varias & turpissimas

religionis Christianæ corruptelas promptissimū est refellere. Longè enim à prisca laude integritatis suę jam à seculis aliquot degeneravit & propterea miras clades subinde experta / ultioni cœlesti adhuc graviori reservatur.

V. M.

1            2            3            4            5  
*Vani, iudicium, non justus, credidit, Adam,*

6            7            8            9            10  
*Ne regnet, quis me?, spe, duo vasa, fides,*

11           12           13           14           15  
*Abjecit, vitam, vestigal, carne, ministrum,*  
 16

*Dicta salus. Romam scripta quaterna quater.*

EXPLICATIO.

**V**ani facti sunt gentiles in ratiocinationibus suis v. 21. *iudicium* Dei justū, ubi reddet unicuique secundum opera ipsius v. 5. 6. &c. *non justus* est ne unus quidem, versu 10. *credidit* Abrahamus Deo, & imputatum est ei ad justitiam v. 3. *Adam* ut peccatum & mortem nobis tulit, sic Christus, justitiam & vitam.

*Ne regnet* peccatū in mortali corpore vestro v. 12. *quis me* eripiet ex isto corpore mortis? v. 14. *spe* servati sumus, v. 24. *duo vasa*, ira & misericordia, v. 22, 23. *fides* ex auditu est, v. 17. (X)

*Abjecit* Deus populum illum suum? v. 1. *vitam* hostiam sistatis corpora vestra, v. 1. *vestigal* reddite, cui vestigal debetur, ver. 7. *carne* non vescendum, ubi frater offenditur, vers. 11, 12. *ministrum*  
 circum

circumcisionis fuisse Christum pro Dei veritate,  
v. 8. traditur,

*Dicitur salus multis piis.*

## DE CORINTHO.

Corinthus est urbs Achajæ in Peloponneso,  
locuples, ut Strabo ait lib. 8. geogr. ob emporiū  
in isthmo sitū, quod portus duos habet, unum Italiae,  
alterum Asiae obversum. Ora maritima à Corinθο,  
utriusq; initia sunt; alterius Lechaū, alterius Cen-  
threae vicus & portus, ab urbe distans ad LXX. stadia;  
quò portu utuntur ad negotiationes Asianas, Lechaō  
ad Italicas. Fuit Corinthus urbs magna semperq; di-  
ves, copiāq; tulit virorum & ad res civiles tractan-  
das idoneorū & ad artificia exercēda. maxime enim  
Corinθi ac Sicyone pingendi ac fingēdi (ὕψαθω; το  
ἔργον πλάσιν) aliāq; id genus artes auclae sunt. Solum  
habuerunt non admodū gleba terra felix, sed obli-  
quum & asperum, unde vulgò ὀφθαλμοειδὴ καὶ γινθῶν  
vocarunt. Homerus ἀφειδὼν καὶ γινθῶν dicit. Prius  
Ephyra dicta est. quam conditam ferunt circa  
tempora Moſis, qui floruit anno mundi 2450. A-  
pollodorus scribit, Ephyram structam esse à Si-  
syp̄ho, qui LX aut LXX annis antecessit ten-  
pora Trojana; quæ incidunt in annum mundi  
2580, quo David vivebat. A Corinθο viro urbs  
nomen accepit. Sed ferè ex seculo fabuloso nihil  
certum habetur. Eum Marathonis seu Pelopis  
Suidas, Orestis seu Jovis filium alii faciunt. *Vel-  
lejus perhibet, Aletin Corinθi conditorem esse.*  
Sed

*Sed nugatur*, ut ait Scaliger. Apud Corinthios magno cum fructu se sustinuit apostolus: ut docet Lucas *act* 18. Ut id absens literis conservaret, quod coram linguæ ministerio cœperat: duas ad eos epistolas scripsit, in quibus multæ Christianismi partes cœlesti prudentia explicantur.

V. M.

IN EPISTOLAM I. AD  
CORINTHIOS.

I	2	3	4	5
Cepha,	non phaleris,	plantans,	purgamina,	scortans,
6	7	8	9	10
Judicium,	cœlebs,	esca,	sorore,	typi,
II	12	13	14	15
Canam,	dona Dei,	dilectio,	lingua,	resurgent,
16				

Collecta. Capitum sex prior atque decem.

## EXPLICATIO.

**C**epha ego sum, ego autem Pauli, ego Apollo, ego vero Christi; dicebant alii atq; alii Corinthii, *v. 12. non phaleris* orationis usus sum apud vos, *v. 1. plantans* non est aliquid, neq; rigans: sed Deus dans vim crescendi, *v. 7. purgamina* mundi facti sumus, *v. 13. scortans* tradatur Satanæ ad exitum carnis, *v. 5.*

*Judicium* sub injustis reprehenditur *ver. 1. & c.* *cœlebs* ut quis maneat, quomodo bonum, *v. 8. 8.* *esca* nos non commendat Deo, *v. 3.* *sorore* uxore comitatum esse licebat Paulo, *v. 5. typi* nostri fuerunt.

runt res olim gestæ, v. 6. (X)

*Cenam* Dominicam edere quomodo deceat.  
 v. 20. & c. *donum Dei* varia, at unus spiritus distribu-  
 ens illa singula, quibus vult: *dilectio* itā cohibet,  
 benigna est, & c. *lingua*, id est, linguis variis lo-  
 quendi donum quomodo usurpandum: *resurgens*  
 fideles, quia Christus surrexit.

*Collectæ* primo quoq; die hebdomadis fiant.

IN EPISTOLAM II. AD  
 CORINTHIOS.

1	2	3	4	5
<i>Christus Amen, mortis, velamen, splenduit, ades,</i>				
6	7	8	9	10
<i>Dura, dolor, Macedum, qui serit, arma valent,</i>				
11	12	13		
<i>Transformat, colaphis, vox explorabit ipsos.</i>				

Posteriùs tredecim scripta Corinthus habet.

EXPLICATIO.

*Christus Amen*, fidelis, in quo promissiones Dei sunt certæ, versu 9. 10. *mortis* odor ad mortem iis, qui pereunt, sunt ministri, v. 15. *velamen* cordi Israëlitarum impositum est ad hunc usque diem, quum legitur Moses, v. 15. *splenduit* Deus in cordibus nostris, qui dixit, ut è tenebris lux splendesceret, v. 6. *ades* ex Deo nos habituros scimus, domicilium non manu factum, æternum in cœlis, vers. 1.

*Dura* passus apostolus: *dolor* secundum Deum  
 rei

138 IN EPIST. AD GALATAS,

resipiscentiam efficit ad salutem, v. 9. *Macedum*  
 liberalitas in sanctos predicatur: *qui ferit parces*,  
 parces etiam metet, vers. 9. *arma* militiae nostrae  
 valent divinitus, v. 4. (X)

*Transformat* se Satanus in angelum lucis, v. 14  
*colaphis* me cedit angelus Satan, ne supra modum  
 efferar: *vos explebitis* ipsi sanfitis in fide, v. 5.

IN EPISTOLAM AD  
 GALATAS.

Galatae sunt incolae Galatiae seu Galaticae re-  
 gionis, quae dicitur *act. 16. 6. 1. Cor 16. 1. Pet. 1. 10*  
*act. 12. 23.* Est autem ea regio pars Phrygiae latius  
 dictae, in minore Asia, habens ab Oriente Cappa-  
 dociam & Halyn fluvium, ab occidente Bithyni-  
 am & Asiam, a meridie Pamphyliam, a Septen-  
 trione pontum Euxinum. Haec Galatia etiam  
 Gallograecia dicitur. Origine sunt Galli seu  
 Celtae: unde Strabo lib 3. geograph. *Κελτικὸν*  
*καὶ Γαλατικὸν κέλευρον*, i. e. Celticos & Galaticos  
*sinus* pro re eadem dicit. Idem lib. 12. scribit: *Gal-*  
*latiae Paphlagonibus sunt meridiem versus. Tria Gal-*  
*latiarum habentur genera, quorum duo a ducibus no-*  
*men habent Trocmi & Tolistobogi, tertium a Celtica*  
*gente Teetofages* Hanc regionem Galatae occuparunt,  
 quum diu vagati, incursionibus Attallicorum regum  
 Bithynorumque ditionem vexassent, tandem ab iis vo-  
 lentibus acceperunt eam terram, quae nunc Bithynia\*  
 & Gal-

\* ex manuscriptis legendum esse *τὴν νῦν Γαλα-*  
*τίαν*, quae nunc Galatia, monet Casaubonus.

Et Gallogracia dicitur princeps trajectionis horum in Asia precipue existimatur fuisse Leonorius. At Plinius l. 5. c. 32. Galatia agros majori ex parte Phrygia tenet, caputque quondam ejus Gordium. Qui eam partem infedere Gallorum Tolistologi Et Voluri Et Arbitui vocantur: qui Mæonia Et Paphlagonia regionem, Trocmi. Præteritur Cappadocia à septentrione Et solus ortu, cujus uberrimam partem occupare Teulosages ac Teurobodiaci. Vide Livium lib. 5. dec. 1. & lib. 8. decad. 4. Justinum lib. 34. 25.

1                    2                    3                    4                    5  
 Turbant, per legem, maledictio, adoptio, fructus.

6  
 Non irridetur. Sex Galatia legat.

EXPLICATIO.

**T**urbant vos nonnulli, & volunt invertere evangelium Christi, 6. 7. per legem legi mortuum sum, ut Deo viverem, 6. 19. maledictio factus est Christus pro nobis 6. 13 adoptio ut nobis cederet, misit Deus filium suum factum legi obnoxium, v. 4. 5 fructus spiritus est charitas, gaudium &c. 6. 22.

Non irridetur Deus, 6. 7.

---

IN EPISTOLAM AD  
 EPHESIOS.

**E**phesus est ex celebribus, Asiae urbibus in ea parte, quæ Jonia vocatur. Apoc. 2. imprimis clara fuit templo Dianæ: ut constat ex Act. 19. Et

Et alias sæpe ejus fit mentio: ut *Actor.* 18. & 20. 16. 17. 1. *Corinth.* 15. 32. & 16. 8. & 4. 11. Alii ab Amazonibus, alii ab Androclo, Codri Athenienſium regis filio, conditam ajunt. In ea civitate aliquanto tempore docuit Paulus, ut videre est *act.* 18 & 19. & 2. *Tim.* 1. 18. Plena est autem hæc epistola coeleſtium myſteriorum de cauſis ſalutis & Chriſtianorum ſanctis officiis.

1            2            3            4            5  
Elegit, gentes, conſortes, omnia, membra,


6

*Armatura Dei.* Sex Ephēſina legat.

## EXPLICATIO.

**E**legit nos Deus in Chriſto ante jacta mundi fundamenta, *verſ.* 1. *Gentes* olim abſq; Chriſto *v.* 11. 12. *conſortes* promiſſionis gentes in Chriſto per evangelium *v.* 6. *omnia* ut impleret Chriſtus donis ſuis, aſcendit longè ſupra omnes cœlos, *ver.* 10. *membra* ſumus corporis Chriſti, ex carne ejus & oſibus ejus, *v.* 30.

*Armatura Dei* univerſa aſſumenda, *verſ.* 13.  
*Sex capita Ephēſina* eccleſia legat.

IN EPISTOLAM AD  
PHILIPPENSES.

**P**hilippi urbs eſt Thraciæ. Macedoniæ annumeratur *act.* 16. 12. Sita in prærupto tumulo, à ſeptentrione ſaltus, à meridie paludem habet, quam mare excipit. ex palude fluvius Ludias labi-



labitur. Sic solent, quæ in cōfinio sita sunt, nunc huic nunc illi parti accenseri. A Philippo Macedonum rege nomen habet, qui eam instauravit; quum antè Dathos appellaretur, item *Crenides*. Hos, ut ex allegato actorum loco constat, apostolus viva voce instituit primùm, & postea hanc ad eos confirmandos epistolam misit.

V. M.

1            2            3            4  
*Lucrum, submitit, Venter Deus, omnia pura.*

Illa Philippenses bis duo membra legant.

EXPLICATIO.

**L** *ucrum* & in vita & in morte est mihi Christus  
 v. 21. *submitit* se Christus factus obediens ad mortem, mortem autem crucis v. 8. *Venter Deus* est hostium crucis Christi v. 19. *omnia pura* cogitate v. 8.

IN EPISTOLAM AD  
 COLOSSENSIS.

**C** *olossa* (aliter *Colassæ*) opidum Phrygiæ fuit, quod posterioribus temporibus nuncupatū est *χώνη*, ut tradit Oecumenius. olim maximè floruit, ut ex Herodoto apparet, qui appellat *πόλιν μεγάλην Φρυγίας*, magnam urbem Phrygiæ. Sitæ autem sunt *Colossæ* inter Hierapolin & Laodiceam, qua parte imminet Lyciæ & Pamphylia. Falsò quidam à Colosso Rhodio *Colossenses* dici autumant; quasi Rhodij epistola sit inscripta. Figmentum istud fuit Græculorum posteri-



tunitatem, sapienter ambulate erga extraneos

vers. 5.

IN EPISTOLAS AD THESSALONICENSIS.

**T**hessalonica (Straboni lib. 7. geogr. Θεσσαλονίκη) est urbs clarissima Macedonia, quæ id nominis ex eo adeptæ est, quòd Philippus Amyntæ filius in agro ejus Thessalos ἐνίκησεν, id est, vicit, & ingenti clade profligavit. A Cassandro primum condita & Halia appellata dicitur. In excerptis ex fine lib. 7. geogr. Strabonis legitur: *Post Axium flumen est urbs Thessalonica (ἢ Θεσσαλονίκη) quæ prius Therma vocabatur. Est autem condita a Cassandro, qui de nomine uxoris suæ, filie Philippi Amyntæ eam vocavit.* In hac urbe apostolus docuit, ut habet historia act. 17. Phil. 4, 16.

V. M.

In I. ad Thessalon.

1 2 3 4 5

Spes, ut sermo Dei, dilectio, in aëra, thorax:

Thessalonicenses quinque priore legant.

EXPLICATIO.

**S**pes, fides, charitas v. 3. ut sermo Dei, non autem hominū, acceptus Pauli de Deo sermo, vers. 13. dilectio & fides Thessalonicensium v. 6. in aëra in occursum Domini simul rapiemur v. 17. thorax fidei & charitatis, & pro galea spes salutis, indumenta Christianorum v. 8.

IN

IN EPIST. II. AD  
Theſſalonicenſes.

I 2 3  
*igne Dei, templo, Vos ne ſegnescite fratres.*  
Theſſalonicenſes poſteriore tria.

EXPLICATIO.

**I**gne Dei flammante infliget Chriſtus ultionem  
iis qui Deum neſciunt v. 8. in templo Dei tan-  
quam Deus ſedebit filius perditionis; præ ſe fe-  
rens, ſe eſſe Deum ver. 4. *Vos ne ſegnescite fratres in*  
benefaciendo v. 13.

DE TIMOTHEO.

**T**imotheus quis fuerit, ex 1. epiſtolæ ad eum  
ſcriptæ cap. 1. v. 5. Act. 16. 1. & 1. Theſ. 3. 2. colligi-  
tur. Filius fuit Patris Græci, matris Judææ, quæ  
Eunica dicitur 2. Tim. 2. 5. A via Timothei ibidem  
vocatur Lois Evangeliſta fuit, qui Pauli apoſto-  
latui ſubſerviit 2. Tim. 4. 5. dono prophetiæ excel-  
lens 1. Tim. 4. 14. Quum apoſtolus Ephēſi ecclēſi-  
am plantaret: illic tanquam epiſcopum reliquit  
Timotheum; qui exædificationem illius & vici-  
narum ecclēſiarum procuraret, aliosq; presby-  
teros conſtitueret & regeret, 1. Tim. 1. 3. & 3. 19. 22.  
In ſubſcriptione dicitur *primus Ephēſi ordinatus e-*  
*piſcopus, quum Paulus iterū ſiſſeretur Neroni.* Duas  
ad eum 1. Paulus deſtinavit epiſtolas, quæ habent  
præclarum inſtar regendæ ecclēſiæ. Prior illarū  
vi de.

videtur scripta ex itinere in Macedoniam suscepto, aut ex eo loco ubi in illam ingressus, inscriberat. Quod enim subscriptio meminit Laodiceæ, id non est veri simile. Ea certè urbs Asia est, longius distans à Macedonia, quam Ephesus ipsa *apoc. 1.4. & 3. 14.* Et verò, quum Colossensibus scriberet ex vinculis, Laodicensibus nondum visus erat. *Col. 1. 1.* Altera epistola missa est ex statu captivitatis, per quam etiam Timotheus ad Paulum in ipsa Italia, saltem ad tempus, est vocatus *cap. 4. 9.*

V. M.

IN EPISTOLAM I. AD  
TIMOTHEUM.

1                    2                    3                    4                    5

*Militiam, precium, mysterium, ad omnia, vino.*

6

*Quæstus.* Timothei bis tria prima tenet.

EXPLICATIO.

**M**ilitiam bonam illam milites, retinens fidē & bonam conscientiam *v. 18. 19.* pretiū redemptionis dedit se Christus pro omnibus *v. 6.* *mysterium* fidei in munda conscientia tenendum, *v. 9.* *ad omnia* pietas utilis est *v. 8.* *Vino* pauculo utere propter stomachum tuum & crebras tuas infirmitates, dicit apostolus Timotheo *v. 23.*

*Quæstus* magnus est pietas, cum animo suā forte contento *v. 6.*

G

IN

IN EPISTOLAM II. AD  
TIMOTHEUM.

<sup>1</sup> <sup>2</sup> <sup>3</sup> <sup>4</sup>  
*Servavit, Dominus nobis, mala tempora, cursum.*  
 Altera Timothei bis duo membra refert.

EXPLICATIO.

**S**ervavit nos Deus, & vocavit vocatione sancta: non ex operibus nostris, sed ex suo proposito v. 9. *Dominus nobis* eos, qui sunt sui v. 19. *mala tempora* extremis diebus instant: *cursum* peregeri, fidem servavi, reposita est mihi justitiae corona, v. 7. 8.

DE TITO.

**T**itum vocat apostolus socium suum 2. cor. 8. 23. & germanum filium in communi fide Tit. 1. 3. Eum Cretae tanquam episcopum reliquit: ut seminatas apostolica praedicatione ecclesias excoleret, constituendo presbyteros opidatim. vide de eo 2. Cor. 2. v. 7. & 12. Gal. 2. 2. 2. Tim. 4. 10. Sophronius haec de eo habuit: *Titus episcopus Cretae, in eadem & circumjacentibus insulis praedica- bit evangelium Christi. Ibidem autem & dormivit & sepultus est, nempe in Creta.* Unde scripta sit haec epistola, non liquet. Falsum autem judicatur, quod de Nicopoli ad finem attextitur. Ait enim apostolus cap. 3. 12. *creta illic (non hic) decrevit hie- mare.*

IN

DE PHILEMONE.

14

V. M.

IN EPISTOLAM AD

Titum.

1

2

3

*Scire Deum, justè, sancti renovatio status.*

Hæc segmenta Tito missa fuere tria,

*EXPLICATIO.*

*Scire Deum* se profitentur, sed factis negant v,  
*Scio. justè, piè, temperanter, vivam* in præsentis  
seculo: *(sancti renovatio status)* est lavacrum, per  
quod nos Deus servavit ex misericordia sua, v. 5.

DE PHILEMONE.

Philemon non aliunde, quàm ex hac epistola  
est notus. Vir fuit amplæ, ut indidem colligi-  
mus, existimationis & cõditionis, quem opinan-  
tur in Phrygia vixisse Colossis aut Laodiceæ. Cõ-  
jecturam capiunt ex Archippi mentione, quem  
apostolus hîc 6. 2. jungi Philemoni & Apphia  
uxori ejus. Archippus autem Colossensium pa-  
stor erat Col. 4. 17. Exhibet hîc nobis apostolus,  
in sese exemplum insigne mansuetudinis & cha-  
ritatis, se ad abjectas & viles personas cum studio  
salutis ipsarum demittentis.

V. M.

IN EPISTOLAM AD

Philemonem

G 2

Liters

*Litera, quam cepit, Paulo scriptore, Philemo.*

I

*Est sincera fides, nec simulatus amor.*

EXPLICATIO.

**L**itera, &c. Gracias ago Deo, ait apostolus, quod laudiam tuam charitatem ac fidem, quam habes erga Dominum Jesum, & omnes sanctos, versu 5.

---

IN EPISTOLAM AD

HEBRÆOS.

**H**ebraei sunt Judæi, ad quos informandos hæc scripta est epistola. Hieron. lib. de illust. eccl. doctoribus, ubi de Paulo agit, hæc scribit: *Epistola, quæ fertur ad Hebræos, non ejus creditur, propter styli sermonisq; dissonantiã: sed vel Barnabæ, juxta Tertullianum, vel Lucae evangelistæ juxta quosdam, vel Clementis, Romana postea ecclesie episcopi, quæ ajunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone: vel certe, quia Paulus scribebat Hebræis, & propter invidiã sui apud eos nominis titulum in principio salutationi amputaverat. Hanc postremam sententiam sciam sequitur, nempe hanc genuinam esse Pauli epistolam: & quidẽ ob hæc rationes. I. Quod Paulus ad Hebræos scripserit: colligere licet ex 2. Pet. 3. v. 14. 15. 16. collatione facta cum 1. epist. cap. 1. v. 1. & 2. cap. 3. vers. 1. II. rerum & verborum magna est similitudo inter hanc & alias Pauli epistolas. Confer Heb. 1. v. 2, 3. cum Col. 1, 14, 15, 16. Heb. 5. v. 12, & 13. cum 1. Corinth.*



rinth. 3. v. 1. & 2. Hebr. 11. vers. 11. & 12. cum Rom. 4.  
 vers. 18. & 19. Hebr. 13. vers. 9. cum Ephes. 4. 14. III.  
 Cap. 13. ver. 23. fit mentio Timothei fratris, cuius  
 non solent alii, præter Paulum, in suis epistolis  
 meminisse. IV. Rerum ea est sublimitas, quæ  
 Pauli sapientiæ à Petro prædicatæ conveniat 2.  
 epist. 3. v. 16 planeque digna est, quæ Paulo assera-  
 tur. V. Occurrunt in hac epistola, de quibus o-  
 ptimè possunt verba illa Petri accommodari, *diffi-*  
*tilia, quæ indocti parumq; stabiles detorquent.* VI.  
 Plerique codices habent hanc inscriptionem,  
 Παύλος ἡ ἀπόστολος ἡ πρὸς Ἑβραίων ἐπιστολή, id est,  
 Pauli apostoli ad Hebræos epistola. VII. Græci o-  
 mnes, teste Hieronymo in epist. ad Dardanum,  
 hanc epistolam Paulo attribuerunt: & à Latinis  
 quoq; celebriores Augustinus, Ambrosius, Gre-  
 gorius, & apud Athanasium dialogo 1. de trinitate  
 ait orthodoxus: *Ex quo annunciatum est euan-*  
*gelium Christi, credita est hac epistola Pauli esse: &*  
*ea cõnumeratâ, omnes epistola Pauli sunt quatuor-*  
*decim.* Quod autem objicit Anomœus, in cæteris  
 proferri nomen ipsius, in hac verò non item: ad  
 id respondet: *Quoniã Hebræis scribebat, qui fama*  
*acceperãt quòd homines doceret à lege deficere; ne i-*  
*psius nomẽ abhorrentes aurẽs occluderẽt, propterea*  
*ab his verbis exorsus est: Multis vicibus multisq;*  
*modis olim Deus loquutus patribus per prophetas, vi-*  
*timis huic diebus loquutus est nobis per filium.* Am-  
 brosius addit, quòd apostolus sciens Hebræorum  
 fastum suam humilitatem exhibens, officium suum  
 noluit ostẽtare. adeo hæc res certa fuit in ecclesiis

AD HEBBÆOS.

Græcis, ut Theophylactus eorum, qui id negent, mirari se dicat impudentiam.

Cæterum plerique veterum putant epistolam hanc initio Hebraicè editam fuisse. Sed cur putemus, prototypum textum interiisse, relicta versione? Tempore Christi Græca lingua etiam inter Judæos erat cognita, ut inter nos nunc Latina. Et cæteri evangelistæ atque apostoli Græcè scripserunt, etiam illi ipsi, qui Judæis suas epistolas destinarunt, ut Jacobus & Petrus. Et, vivis Apostolis jam Græca & Matthæi & hujus epistolæ editio recepta fait, ut constat ex monumentis eorum patrum, qui tempora apostolorum attigerunt. Fieri autem potuit, ut ipse apostolus etiam Hebraica vulgari seu Syriaca lingua eandem epistolam exposuerit, ad temporarium populi nunc-viventis usum. Certè Deus voluit eam Græcis literis in sequentia novi testamenti tempora propagari. Quæ verò hodieq; in manibus habemus Evangelii Matthæi & hujus epistolæ exemplaria Hebræa: ea non esse genuina, inter doctos res est confessa. Est autem insignis de sacerdotio Christi imprimis, & divinus commentarius in Leviticum.

V. M.

1	2	3	4	5
Persona,	similis,	si vocem,	sermo,	salutis,
6	7	8	9	10
Jurabit,	Solymis,	pacta,	cinis,	faciam,
11	12	13		
absq;	fide,	carnis patres,	in secula	Christus.

Hebræ-

Hebræus tredecim membra legat populus.

## EXPLICATIO.

**P**ersona patris character Filii *h. 3. similis* fratribus fieri debuit Christus per omnia, ut esset misericors pontifex *h. 17. si Vocem* ejus audieritis, ne obdurate corda vestra *h. 15. sermo* auditus non profuit auditoribus, apud quos non fuit fide, cōtemperatus *vers. 2. sermo* Dei vivus & efficax, pōnetrantior quo vis gladio ancipiti *h. 12. salutis* æternæ auctor factus est Christus omnibus ei auscultantibus *h. 9.*

*Juravit* Deus Abrahamo per seipsum: certè benedicens benedicam tibi *vers. 13 14 Solymis* sacerdos & rex Melchisedechus *vers. 1. 2. pacta* seu foedera duo, Vetus & Novum, *vers. 6. &c. cinis* juvencæ si sanctificat ad carnis puritatem, quanto magis sanguis Christi purgabit conscientiam, *vers. 13. 14. faciam,* ô Deus, voluntatem tuam, ait Christus, *vers. 9.* (X)

*Absq; fide* non potest fieri, ut quispiam Deo placeat, *vers. 6. carnis* patres reveriti sumus, annō multo magis subjiciemur patri spirituum, & vivemus? *in secula Christus* idem est *vers. 8.*

## IN EPISTOLAM JACOBI.

Syrus interpres Iacobum hunc esse docet, de quo Matth. 17. *h. 1.* Sic enim habet inscriptio: *Tres epistola trium apostolorū, ante quorum oculos Dominus* noster se transfiguravit. Ille autē

173 IN EPIST. JACOBI.

non est Zebedæi filius, quippe quem Herodes paulo post resurrectionem Domini occidit; ut est *act.* 12. 2. Hieronymus & alii ferè eundem faciunt Jacobum Alphæi & Jacobum fratrem Domini. M. Antonius de Dominis lib. 2. de. rep eccl. à num. 34. ad 50. differit, tres Jacobos in scriptura Christi tempore & Christi ministros admitterendos esse, Jacobum Zebedæi apostolū ex XII. Christi consanguineū secundū carnem; Jacobum Alphæi & ipsum apostolum ex XII; & Jacobum fratrem Domini, filiū Joseph patris putativi Domini, extra numerum XII. apostolorum; apostolū tamen à Paulo vocatum ex ratione, quæ multi discipuli & Christi sectatores, adhibiti ad predicandum, apostolorū nomen sint sortiti: & hunc Jacobum fratrem dici justū, & fuisse episcopum Hierosolymitanum: cujus autē ex his tribus sit epistola, quæ inter septem catholicas Jacobi dicitur, Deum nosse, &c. Apud Helychium legitur, Ἰακώβος Ἀλφάϊς, ὁ καὶ θάδ δαὶ καὶ Λεβὶ πατὴρ τῶ μαρκῶ, πατὴρ δὲ τῶ Ματθαίῳ Λεβαῖος, πατὴρ δὲ τῶ Λευκῆ Ἰεῦδης Ἰακώβου. e. Iacobus Alphæi, qui & Thaddæus & Lebi apud Marcū apud Matthæum verò Lebeus: apud Lucam autem Judas Iacobi. Josephus lib. 20. antiq. Judaicarum c. 3. agnoscit Jacobum fratrem Christi, speciali scilicet significatione dictum. At. Junior Ananus pontifex audax erat & ferox ingenio, secta Sadduceus, quod hominū genus est omnium Judaorum in judicando crudelissimū. Talis igitur cū esset, tempus opportunum se naclum ratus, morituo Festo conciliū judicium advocat statutūq; coram eo fratrem Jesu Christi.



καλεῖτο Σαδδίκ καὶ ὠζλιάνο ὁ εἶν ἐκ τῶν δίκαιων  
 ἐν ἀρετῇ ἔλαβεν, e. ob eximiam justitiam suam  
 Nus est Saddik & Ozliā, quod Latine est justus &  
 unio populi. Sic observavit & alibi ζ & β con-  
 fusa fuisse: ut Num. 7. cap. 30. in bibliis Græcis edi-  
 tionis Romanæ, & in quibusdam Eusebii Emif-  
 ani verbis ζηρώλια πρό βηρώλια vel potius βιργ-  
 α. Ea autem sunt, ἀμάξας λαμπηνίκας τὰς δι-  
 τέρους λέγει, ὅστινας ζηρώτια καλεῖσι. Plaustrum  
 birote intelligit, quod duabus nititur rotis. De  
 passione dicti Jacobi varia, & multum fabulosa  
 legere est apud Eusebium hist. eceles lib. 2. c. 23.  
 ubi citat Egesippum & Clementis hypotyposes.  
 Ea examinata leges apud Scaligerum animadv.  
 in Euseb. num. MMLXXVII; ubi post multas absur-  
 das in ea narratione assertiones monet, *Veterum  
 scripta non solum cum reverentia ipsorum auctorum,  
 sed etiam cum delectu eorum, quæ ipsi scripserunt, le-  
 genda esse.* Qui volet, de Jacobo plura legat a-  
 pud Hieronymum commentar. in epistol. ad Ga-  
 latas sub finē capituli primi. Cæterum catholica  
 hæc epistola dicitur, quod non sit uni alicui ho-  
 mini, civitati vel religioni inscripta, sed fidelibus  
 omnibus Judæis, per terrarum orbem dispersis.

1 2 3 4 5

*Omne bonum, credis? linguam, submitte, dices.*

Hanc summā capitum quinque Jacobus habet.

EXPLICATIO.

**O** *Mne bonum donū est supernè à patre lumi-  
 num, v. 7. Credis, Deus esse? Bene facis. Dæ-  
 monia*

monia quoque istud credunt, & horrescunt, & 19.  
*linguam* nullus hominum domare potest, & 18.  
*submitte* vos in conspectu Domini & extollet  
 vos: *dites* flete, ejulantes ob ærumnas vobis su-  
 perventuras, & 1.

---

 DE S. PETRO ET EJUS

## EPISTOLIS.

**P**etrus apostolus celeberrimus, Galilæus fuit,  
 è vico Bethsaida, frater Andreæ apostoli. Ali-  
 ter Simon dicebatur & Cephas: quod postremū  
 nomen Syris idem facit, atq; Græcis Petrus. No-  
 men ei Dominus mutavit, ob robur & vigorem  
 fidei, *Matth.* 16. Hieronymus in catalogo scripto-  
 rum ecclesiasticorū tradit, Petrum anno secun-  
 do Claudii venisse Romam, & ibi 25. annis ca-  
 thedram sacerdotalem tenuisse, scilicet, usq; ad  
 annū 14. Neronis, à quo cruci affixus sit, capite  
 ad terram verso & pedibus in sublime elevatis,  
 Sed secūdo aut tertio Claudii anno detinebatur  
 Hierosolymæ in carcere *act.* 12. *Euseb.* 2. c. 9. &  
 circa annum 8. Claudii interfuit concilio Hiero-  
 solymitano. Et, si anno secundo & tertio à con-  
 cilio Paulus scripsit epistolam ad Romanos, qua-  
 re Petrum, si quidem Romæ tanquam in ordina-  
 ria aliqua sede vixit, non salutasset? Et Petro at-  
 tributus fuit apostolatus apud Judæos. Roma  
 autem pertinebat ad apostolatum gentium, atq;  
 ita Pauli, qui etiam illuc diserte missus est, vide  
*act.* 10, 21. & 23. 11. *Gal.* 2. 7. Id vero non fuisset o-

pus, si ibi Petrus pontifex fuisset. Quid? quod apostoli universales ecclesie & episcopi fuerunt, nulli certae sedi affixi? Quapropter videtur quibusdam neque Romanam unquam Petrus venisse: & Hierosolymis potius occisus esse. Cæterum, quod creditum est, secundo Claudii anno Romanam venisse Petrum, id ortum est ex Eusebio in chronico admessa in considerantia, quam, ut fit, deinceps alii sunt sequuti. Si ea, quæ in actis leguntur, cum fidelioribus patrum narrationibus conferamus: anno Christi 51., qui erat 8. Claudii, Judæa fugiens (ut est *act. 12. 19.*) Cæsaream inde, ut videtur, Antiochiam pervenit, & ibi, quantum apostolici muneris cursus patiebatur, aliquantisper quievit, donec Herodis persecutio remitteret. Ibi certè eum fuisse, Paulus testatur *Gal. 2.* & veteres scriptores passim asserunt. Erat autem Antiochia jam ante Petri adventum ad fidem adducta, ut constat ex *act. 11. Galat. 2. 1.* In Judæam atq; adeò Hierosolymam Petrus postea rediit, & concilio apostolico interfuit *act. 15. 7.* circa 8. Claudii annū. Inde Pontum, Cappadociam, Galatiam, Asiam Bithyniamq; peragravit. Si Romanam etiam venit: at Paulus ante eum illic fuit, qui etiam ibidem ad mortem usque laboravit. Ecclesia verò istic jam antè per præmissos à Paulo discipulos, qui *Rom. 16.* nominantur, plantata fuerat, donec ipsi integrum aliquando foret subsequi. Scribunt, Petrum venisse Romanam occasione persequendi Simonis magni, ut ei Romæ resisteret, sicut antea Samariæ eundem redarguerat.

Quod



Quòd autem sub Claudio id factum ajunt, non patitur historię sacrę veritas. Hoc verò statuen-  
dam nonnullis videtur, Simonem illū sub Clau-  
dio gloriam & statuam Romę accepisse, postea  
alias quoq; urbes præstigiis suis occupādas per-  
vagatum; & sub Nerone Romam reversum: atq;  
ita & Petrum Romam venisse & cum Paulo con-  
tra Simonem conflictatum: ibidemq; cum Pau-  
lo martyro affectum esse, quum Nero magi il-  
lius, tanquam amici sui, casum indignè tulisset.  
Ita Paulus decennio ante Romam, venisset, quam  
Petrus; qui eò demum sese contulisset anno Ne-  
ronis 12, & vix ad pauculos mēses illic, ut hospes,  
vixisset. Irenæus, qui apostolorum temporib. vi-  
cinus fuit, ecclesię Romanę, & aliarum maxima-  
rum constitutionem pariter ad Petrum & Pau-  
lum reducit *lib. 3. cap. 5.* unde eas matrices & ori-  
ginales vocat Tertullia us de præscrip. c. 9. vide  
super his Marcum Antonium de Dominis *lib. 4.  
de rep. eccles. cap. 1.* Epistolas Petri duas habet ec-  
clesia, easq; catholicas, h. e. non uni ecclesię, sed  
omnibus fidelibus Judæis dispersis, omninoque  
omnibus Christianis inscriptas.

---



---


 IN EPISTOLAM I. PETRI.

1            2            3            4            5  
Sanguine, regale, uxores, si justus, oberrat:  
Hęc dat quinq; Petri litera prima tibi.

## EXPLICATIO.

Sanguine precioso agni inculpati & incōrami-  
nati

nati Christi redempti estis *v. 19. regale sacerdotium vos estis, v. 9 uxores quomodo viris parere & ornari debeant, exponitur v. 1. &c si iustus vix servatur, impius & peccator ubi comparabit? v. 18. oberrat Diabolus, velut leo rugiens, quarens quem absorbeat, vers. 8.*



## IN EPIST. II. PETRI.

1

2


3

*Filius ille meus, Lotus, elementa liquefcent.*

Hæc tria proponit membra secunda Petri.

## EXPLICATIO.

*Filius ille meus* dilectus ille, hic est, in quo acquiesco, *v. 17. Lotus* iustus animam iustam sceleratis nefariorum factis videndo & audiendo excruciat, *vers. 7. 8. elementa liquefcent*, terraq; & quæ in ea sunt opera exuruntur, *v. 10.*




## DE EPIST. S. JOHANNIS.

**D**e sancto Johanne supra in Evangelium Johannis diximus. Epistolæ ejus sunt tres. De prima catholica quidem, hoc est, nullis certis personis, sed universitati fidelium inscripta, non dubitatur, quin sit Johannis illius celebris apostoli. Quidam vero, quod & Hieronymus refert catalogo illustr. de eccl. doctor., duas posteriores alterius cujusdam Johannis presbyteri esse asseruerant, *cujus & hodie, inquit, alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur.* Nonnulli eas ad  
alium

alium quendam Johannem theologum, seu fi-  
 delem verbi divini dispensatorem, tanquam au-  
 ctorem, referunt. Hieronymus in dicto catalo-  
 go, ubi de Papia Johannis auditore, Hierosoly-  
 mitano episcopo, agit, ex ejus prefatione in opus,  
 cui titulus *Explanatio sermonum Domini*, hæc ver-  
 ba recitat: *Considerabam, quid Petrus, quid An-  
 dreas dixissent, quid Thomas, quid Iacobus, quid Jo-  
 hannes, quid Mattheus, vel alii quilibet discipulo-  
 rum Domini, quid etiam Aristion & senior Iohannes, di-  
 scipuli Domini loquebantur. Non enim tantum mihi  
 libri ad legendum profant, quantum viva vox, & us-  
 que hodie in suis auctoribus personans.* Post hæc Hie-  
 ronimus, *Ex quo, inquit, apparet, ex ipso catalogo  
 nominum, alium esse Iohannem, qui inter apostolos  
 ponitur, & alium seniore Iohannem, quem post Ari-  
 stionem enumerat.* Sed tamen, quod vulgò credi-  
 tur, rectum ducimus, Johannem evangelistam,  
 unum & eundem & evangelii & harum trium e-  
 pistolarum scriptorem esse. Id arguit rerum & sty-  
 li convenientia cum priore. Presbyterum autem  
 seu *seniorem* se vel ætate vel officio vocat; ut sit i-  
 dem, quod pastor, Apostolicum enim munus, li-  
 cèt gradu quodam excellentius, pasturam ta-  
 men in se includebat. Ceterum nomen *Electæ*,  
 cui secunda nuncupatur, alii proprium esse cen-  
 sent, alii autem id reticere putant, & ejus loco de-  
 scriptionem à favore Dei aut probitate poni. Ter-  
 tia epistola inscripta est Gajo, quem putant esse  
 illum hospitem Pauli, quem ipse *Rom. 6. 23.* salutat:  
 qui fide & opibus dives Christi ministros hospi-  
 talit

160      IN I. EPIST. JOHAN.  
talitate & beneficentia sua juvare sic solitus.




IN I. EPIST. S. JOHAN.

I                      2                      3                      4                      5  
*Purgat, ne mundum, ne verbo, nos prior, unum.*  
Littera Johannis quinque dat ista prior.

EXPLICATIO.

**P***urgat* nos ab omni peccato sanguis Jesu Christi filii Dei, v. 7. *ne mundum* diligite, neque ea quæ in mundo sunt: *ne verbo* & linguâ solum diligamus, sed facto & veritate, v. 10: *nos prior* dilexit Deus, ver. 19. *unum* sunt, tres, Pater, Sermo, & Spiritus.




IN EPIST. II. JO-  
HANNIS.

*Nos alios alii sanctè & constanter amemus.*  
Altera Johannis sacra tabella monet.

EXPLICATIO.

**N***os alios, &c. Diligamus alii alios, v. 5.*



IN EPIST. III. JO-  
HANNIS.

*Commendata tua est Gai d'ectio multis:*  
Tertia Johannis dat caput hocce tibi.

EXPLICATIO.

Com-

**C**ommendata tua est, &c. Testimonio suo fratres commendarunt charitatem tuam, v. 6.

## IN EPIST. S. JUDÆ.

Judas hic frater Jacobi dicitur, ejus scilicet, qui frater DOMINI vocabatur, de quo supra ad epistolam Jacobi. Arabicus interpres epistolæ sancti Judæ hunc titulū præscribit: *In nomine Patris & Filii Spiritus sancti, Dei unius, Epistola. Iudæ apostoli fratris Jacobi, filii Iosephi fabrilignarii.* *יְהוּדָה*, quæ vox etiā legitur Matth. 13, 35. pro Græca *τίκτωρ*. Judæ hujus diversa nomina notantur. Franciscus junius vult, quòd idem sit Thaddæus: & *תְּדַדַּי* Thaddai Syris idem, quod *תְּדַדַּי*: *Jeku. 'ab* Hebræis: & confessorem significat: à verbo *תְּדַדַּי*: *si-* *be*, inquit, *vulgus fuerit hujus appellationis auctor sive ipsi apostoli, aliqua ratione ducti, nempe, cum in eò facilius à proditore Iuda hunc omnes distinguerent, tū ut constantiā hujus in confessione facerent testatā populari voce, quæ hoc significat.* Nominatur idem Leobæus, quasi cordatus quòd forti & celso animo esset in Christiana doctrina propaganda. *לֵב* *é* Hebræis est *cor*. Matth. 10. s. Præterea dicitur Judas Jacobi frater: hinc in epigraphæ v. 1. & Luc. 6. 16. & act. 1. 13. quia Jacobus ille celeberrimus erat, & maxime Hierosolymitanæ ecclesiæ præfuit. Opus autem erat, ut Hierosolymis, quò multæ nationes confluere solebant,

bant, velut ordinariè discipulorum Christi eximius quispiam habitaret: præsertim etiam, quò ibi plurimum à Judæis doctrinæ Christianæ contradiceretur. Ita igitur hic sanctus Iudas satis à Iuda Iscariote illo proditore est distinctus. Eusebius lib. i. eccles. hist. cap. 14 narrat. Thaddæum quem vocat *apostolum unum ex septuaginta*, venisse ad Abgarum regem seu toparcham Edefsenorum, & eum gravi morbo liberasse, ex promissione Domini Iesu, illi ante mortem facta: & ecclesiam in eius ditione per illam occasionem plantasse. Historiam autem illā de mutuis literis inter Christum & Abgarum etiam Melchior Canus Pontificius, S. Gelasii papæ iudicium sequutus, pro fabula habet.


V. M.

*Ecce venit Dominus cum sanctis millibus ultor.*

Est unum Judæ litera sancta caput.

EXPLICATIO.

**E**cce venit &c. ita prophetavit septimus ab Adamo Enochus, v. 14.



IN APOCALYPSIN.

**A**ποκάλυψις Latine est revelatio. Ita vocatur hic liber, quia in eo revelatur stat9 ecclesie novi testamenti usq; ad exitum mundi. Ejus scriptor est sanctus Johannes apostolus: de quo supra dictum est in evangelium. Inscriptio Græca est *Αποκάλυψις Ιωάννου τῆς Θεολόγου*. Theologum

logum dici existimant, quod de Θεω Λόγῳ aper-  
tissime scripserit θεολόγος v. proprie est qui de  
Deo loquitur: & specialius, qui de Deitate Chri-  
sti verba facit, id quod initio evāgelii sui hic a-  
postolus fecit supra alios scriptores clarissime,  
occasionem sui temporis sequutus. Versio Syra  
habet **נְהַלְלֵנוּ** i. doctoris Dei  
id est, qui de Deo docet Hebræa **וְיָנִי**  
**וְיָנִי** *viri Dei*. Quicquid sit, Johan-  
ni, ut Theologorum Aquilæ alicui, illud nominis  
singulariter attributum fuit. Quod autem olim  
quidam hujus libri auctoritatem elevarunt, id  
frivolis argumentis faciebant. Quum nonnulli,  
alioqui magni viri, non satis animadvertent,  
quod hæc divina apocalipsis referretur, sus. etiam  
habere cœperunt. Hæc autem inconsiderantia  
erat indigna in re tanta. Hic quoque apostolica  
gravitas immeritò desideratur, quæ in eo libro  
non est impar aliis sacris scriptis. Neq; rectè dici-  
tur, in eo haberi vulgatam tantum rerum histo-  
riam, figuram in volucris adumbratam. Habet  
enim (præter pauca spectantia ad tempora pri-  
ma Novi Testamenti) prophetiam de reb. in N.  
T. usquam ad finem mundi eventuris: ubi resu-  
muntur & plenius efferuntur, quæ olim à pro-  
phetis brevius dicta fuerant. Quod nomen suum  
hic sæpe exprimit Iohannes, res ipsa poscebat: u-  
bi revelatio futurorum scribebatur, quæ nō po-  
terat narrari, nisi per nomen eius, à quo, & ejus,  
cui illa revelabatur. Quod stilus alicubi dissimi-  
lis

lis est ei, qui usurpatur in evangelio, mirum non est, cum res sint dissimiles. Quod etiam chilia-  
stæ aliquibus hujus libri dictis abusi fuerunt; id non ad hujus, sed ad abutentium reprehensio-  
nem pertinere intelligitur. Cæterum hæc reve-  
latio est Johanni oblata, quum in insula Patmo  
degeret: quo relegatus erat Domitiani impera-  
toris iniquitate. De obitu ejus supra ad evange-  
lium aliquid addidimus. Tertullianus de præ-  
script. advers. hæret. cap. 14. scribit: *Paulus Iohan-  
nis exitu coronatur, ubi apostolus Iohannes, postea-  
quam in oleum igneum demersus nihil passus est, in  
insulam relegatur.* Et in lib. de anima: *Obiit Iohannes, quem in adventum Domini remansurum,  
frustra fuerat spes.* Obiit autem morte naturali,  
non violenta Ephesi, obdormivit, ut ait Eusebius  
lib., histor. eccles. c. 28.

1            2            3            4            5  
*Qui vivo, nomen, sum dives, condita, reges,*

6            7            8            9            10  
*Alba, non sitient, & a, simulacra, & ara,*

11            12            13            14            15  
*Regnabit, mulier, sex, hic tolerantia, plagas,*

16            17            18            19            20  
*Effundunt, meretrix, in mare, cena, magos,*

21            22  
*Omnia Victor, aqua vive. Memorando futura  
Johannes scribit dena bis atque duo.*

*EXPLICATIO.*

**Q**ui vivo, sed fui mortuus: ego sum: Ne me-  
tue, ait Dominus ad Johannem, 6. 17. *nomē  
novum*



novum in calculo scriptum, quod nemo novit, nisi qui accipit, dabo ei, qui vicerit, *v. 17 sum dives, & ditatus sum, ais: neque nosti, te ærumnosum esse, ver. 17, condita sunt omnia Domine, per voluntatem tuam, v. 11, reges & sacerdotes fecisti nos Deo nostro, v. 10.*

*Albæ stolæ statæ sunt animabus clamantibus, ver. 10. non sitient neq; esurient amplius amicti stolis albis, ver. 13. 14. væ væ incolis terræ, clamat angelus, ver. 13. simulacra adorare non desunt homines v. 20, vora libellum, dicit angelus Johanni v. 9.* (X)

*Regnabit Dominus noster, & Christus ejus, in secula seculorum, vers. 15. mulier amicta sole, grava, quæ ecclesiæ militantis typus. ver. 12. sex & sexcenta ac sexaginta, numerus mysticus, v. 18. hic tolerantia sanctorum est, hic, qui observant præcepta Dei ac fidem Jesu, vers. 12, plagas septem angeli habentes prodierunt è templo, v. 6.*

*Effundunt angeli septem phialas excandescentiæ Dei in terram v. 1. metrix, cum qua scortati sunt reges terræ v. 2. in mare projecit angelus lapidem instar molæ, dicens: Ita cum impetu projicietur Babylon, urbs illa magna, nec amplius invenietur v. 21. cana Agni. Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt vers. 9. Magog. & Gog congregarunt se ad prælium & circumvenerunt castra sanctorum; sed descendit ignis de cœlo, qui devoravit eos.*

*Omnia victor hæreditario jure obtinebit, & ero ipsi Deus, & ipse erit mihi Filius v. 7. aqua viva purus*

purus fluvius, procedens ex throno Dei & agni.  
Beati, qui præstant ejus, præce-  
pta. *vers 4.*

Veni DOMINE JESU.



*Memoriale in libros apocryphos.*

A P O C R Y P H I L I -  
B R I V E R S I B V S I N -  
clusi sunt illi.

*Tobias, orat, Judith, Baruch, Jeremie,  
Et partes Daniel, Esther, Esdra, Machabei,  
Post hos accedit sapientia, Siracidesq.*

id est,

1. Tobitus, oratio Manassis, 2. Juditha, 3. Baruchus cum Jeremie epistola, 4. adjectiones ad Dani-  
elem, Esdrae liber tertius & quartus. 5. adjectiones  
ad librum Estheræ, Simonis liber unus, qui vulgò  
Macchabæorum tertius, 6. Macchabæorum liber  
primus, 7. secundus, 7. liber sapientia 8. Ecclesiasticus 9.

Nota. Qui libri numeris signantur & peculiari cha-  
racteri impressi sunt, à pontificiis accensentur  
cauonicis; male, ut dicemus ordine.

NUME-

---



---

 NUMERUS CAPITUM

in Apocryphis

**B**is septem Tobit, rex unum continet orans,  
 Quina ter at Judith, bis tria membra Baruch,  
 Vero addit falsus Daniel tria tertius Esdra  
 Terna ter, at quartus sex simul atq; decem.  
 Post decimū a Esther sex, septē Simeon, Macchabeus  
 Octo bis unus, & hinc quina ter alter habet,  
 At Sophie novies duo & unum. Siracidesq;  
 Unum post decies quina dedit capita.

---



---

 ADMONITIO DE LIBRIS

apocryphis in genere.

**A**pocryphi libri Græcis dicuntur, qui Latine  
 vocarētur absconditi: eò quòd ad religionis  
 doctrinam probandam proferri non debeāt: ut-  
 pote divinitus non inspirati. Sunt autem partim  
 additiones quædam ad libros canonicos, ut *Da-  
 nielera* & *Estheram*: partim integra scripta ut *To-  
 biu*, oratio *Manassa*, *Juditha*, *Baruchus*, *Jeremie e-  
 pistola*, *Macchabeorum libri*, *Sapientia Salomonis*,  
*Siracides* seu *Ecclesiasticus*.

Causæ communes, cur hi libri non habeantur  
 pro canonicis seu pro principiis dogmatum re-  
 ligionis Christianæ, sunt istæ. 1. Non conve-  
 niunt his libris conditiones principiorum. Sunt  
 enim controversi; non sunt cōmunes, sed à non-  
 nullis

a se. caput, cui in canonico Estheris libro apocrypha  
 appendix accessit decem versuum.

nullis tantum falso pro principiis habentur; & multa in illis sunt falsa. 2. Soli 2. prophetici libri in V. T. sunt canonici: ut supra suo loco dictum est. Non sunt scripta prophetis. Nulli enim prophetici libri sunt Græcè initio scripti: ut illi Et apud omnes pios recepta est sententia, Malachiam esse ultimum prophetarum: & post eum nihil canonicum in ecclesia Judaica scriptum esse: Ecclesiasticus verò & Macchabæi, citra dubitationem, sunt scripti post Malachiam. Ita Josephus *lib. 1. contr. Appion.* testatur, nullum librum, qui post Artaxerxis ætatem editus est, habere auctoritatem parem libris prophetarum. Verba ejus sunt: *Ab Artaxerxe usq; ad nostrum tempus singula quidè conscripta, nō tamē prioribus libris simili fide sunt habita* *πιστως & οὐβίας ἡξιώσασιν τοῖς πρῶτοις αὐτῶν*) eò quod non fuerit certa successio prophetarum. Repetit hoc Eusebius *lib. 3. histor. eccles. cap. 10. 3.* Veteres scriptores passim tradunt, Esdram, post reversionem à captivitate, propheticos libros ordinasse & eorū canonē cōstituissē. *Irenæus lib. 3. cap. 25. Tertullianus de habitu mul. c. 3. Isidorus l. 6. etym. c. 1. § cap. 3. Eusebius lib. 5. histor. eccles. c. 8. Chrysostomus in epist. Hebr. homil. 8. Theodoretus præfat. in psalmos. Rabanus Maurus de instit. cler. c. 54.* Esdras autē libros, quos apocryphos diximus, in canonem nō retulit. Ejus enim tempore nondum erant scripti. Quum ergo in canone Judaico illi libri nunquam fuerint: neque in nostro locum habebunt. Nam canon Christianus veteris testamenti ex judaico est desumptus.

4. Ecclesia vetus universa, ante Augustinum, hos libros pro apocryphis habuit: ut constat ex iis, quæ suprâ de canonicis monuimus.

Quod autem aliquando ecclesiastici doctores libros illos canonicos vocant: id Augustinum sequenti faciunt, & sine causa: plurimum etiam obiter, non autem integrum canonem recensentes. Divini quidem nonnunquam dicuntur, sed latiore significato, quia sunt ecclesiastici, & utilis doctrinæ causâ legi solent, tanquam de sacris argumentis scripti. Ita Rufinus in symbolo ait, *eos legi in ecclesia, sed non proferri ad auctoritatem fidei inde confirmandam.* Nec horum librorum in patrum monumentis facta aliquando allegatio, neque Florentini aut Tridentini concilii iudicium ullam auctoritatem habent ad illos libros (tam gravibus de causis è canone divino exclusos) authenticos reddendos. Nam patres non usquequaque sunt ab errore immunes, adeo, ut eos etiam libros nonnunquam citent ad alicujus dogmatis confirmationem, qui tamen ipsorum adversariorum confessione sunt apocryphi. Ita Eisd. 3. librum Cyprianus epist. 74. & Augustinus in Vet. & Nov. test. quæst. 109. & lib. 18. de civ. Dei cap. 36. & Ambrosius de bono mortis cap. 10. allegant. Florentinum autem & Tridentinum, similiaque concilia, utpote nostrorum & veritatis hostium, atque antichristi erroribus tuendis addicta, nobis non sunt curanda, etsi etiam papistas papistas opponere possumus, qui vel penitus vel in parte communem nobiscum veritatem se-

H

quun-

quuntur. Vide V Vitakerum de s. scriptura contr.  
1. quæst. 1.

---



---

DE LIBRO TOBIÆ.

**T**Obit pater Tobiaë erat: à duobus præcipuis personis vel Tobiti vel Tobiaë liber dicitur: qui est tanquam comædicum drama, et si aliquid historiae simul contineat. Descriptio personæ & temporis est *cap. 1. v. 1, 2.* Canonicus non est, propter rationes in genere dictas. His accedit.

I. quòd liber est admodum corruptus sunt n. duæ editiones, Latina vulgata & Græca, majorè in modum discrepantes. Quæ autem Hebrææ leguntur, ab ambabus differunt plurimum.

II. Tobias etiam secum ipse pugnat: id quod apparebit, collatis *cap. 1. v. 4. & cap. 2. v. 11. c. 14. 2. & 13. cap. 1. v. 11. & 14. v. 7. & 15. & 14. 16.*

III. Habet quædam vana, quæ Judaicas fabulas respiciunt. vide *cap. 1. v. 11. & 14. v. 7. & 14. 16.* Equitate tamen moderanda est hæc censura; ubi quædam comoda expositione iuvari possunt; ut quidam faciunt, quòd angelus Raphael se Azariam vocet, cujus scilicet specie apparebat; quòdque se unum dicit ex septem angelis; quòd antiquitas septem archangelos credebatur.

IV. Non, nisi in Græco & Latino legitur: & quoniam sermone primum sit scriptus, est incertum. Chaldaicum exemplar habuit Hieronymus, quod fide expositoris cujusdam Iudæi se in Latinum transtulisse dicit: sed parum ei tribuit.

V. Hieronymus præfat. in lib. Salomonis ait:

*Iudith*

Judith, & Tobia & Macchabeorū lib. os legit quidē ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas nō recipit.

Vide plura infra pro Juditha. V. M.

1 2 3 4 5

Tres decimas, hœdus, Raphaël, præcepta, flet Anna,

6 7 8 9 10

Piscis, Sara datur, vota, Gabale, dolent,

11 12 13 14

Visus, sese aperit, grates agit, admonet: actum

Bis septem capitum dramatis hujus habes.

EXPLICATIO.

**T**res decimas Tobitus se exsoluisse testatur:

Raphaël mittitur ad orationem Tobiti & Saræ: præcepta Tobiti ad Tobiam, flet Anna ob amandationem filii.

Piscis è Tigri, unde quædam medicamenta Raphaël excipijubet. Sara datur Tobix uxor: vota & preces Tobix & Saræ: Gabale comitatus revertitur angelus: dolent Tobix parentes ob ejus emanationem. (X)

Visus redditur Tobito: sese aperit & manifestum facit Raphaël: grates agit Tobias Deo: admonet natum Tobitus moriens.

DE ORATIONE MA-

NASSIS.

**M**Anasses, pii Ezechia filius, fuit rex Judæ qui admodū impiè vixit: ideòq; in captivitate abreptus & duriter tractatus est; at resipuit ut docet historia 2. Chron. c. 33. Et ibi §. 33. orationis ejus mentio injicitur. Quamvis autem hæc

H 2 ora-

oratio iis verbis, quæ in Græcis libris legimus. Fortè non sit habita: admodum tamen pia est & Manassæ conditioni conveniens. Nec in ea aliquid reprehendendum occurrit: si comparatè intelligimus, quod 6.8 legitur: *Tu Domine Deus justorum, non imposuisti penitentiam justis, Abrahamo, Isaaco & Jacobo, iis qui non peccaverunt contra te.* Erant enim & illi peccatores, sed non improbi, ut Manasses. Quòd autem hæc oratio canonicis libris non accensetur: generales causæ supra recitatae faciunt. Cæterùm Manasses vixit anno mundi 3247.

*Summa orationis ista est:*

*Tu Deus es clemens, lapsaq; ego crimina vitæ  
Defleo, conversi jam miserere mei.*

DE LIBRO JUDITHÆ.

**D**E hoc scripto variæ sunt opiniones. Alii historiam esse volunt, & ad res Cambysis, alii Darii Hystaspis filii, alii Merodacbaladanis referunt: nonnulli ad tempora Manassis; quod tamen variè liber ipse redarguit, alii fictam tragediam esse volunt. Si verò historia esset: Josephus saltem ejus meminisse debuisset. ad altum de ea est in ipso silentium. Juditha est præcipua ejus persona, unde nomen habet. Ejus genus ad tribum Simeonis refertur cap. 8. v. 1. Josephus Scaliger Animadvers. in Eusebium, Hieronymus, inquit, scribit, apud Judeos librū Judith inter hagiographa legi quod fateor me nō intelligere. Hagiographa, quæ Judæi vocant, ut nec ignoravit Hieronymus ipse, extant



tant Hebraicè & in canone Hebraico κατὰ λέξιν  
 οὐκ ἐστὶν. Neg, profectò in illis liber Judith est, non  
 magis quàm Tobia aut tertius liber Esdra. Exstabat  
 Chaldaicè liber Judith tempore Hieronymi, ex quo  
 Latinum hunc, qui hodie in manibus habetur, con-  
 texuit potius, quàm vertit Hieronymus, ut ipse me-  
 testatur, itaq, non mirū, si adeò inter se discrepant,  
 Græca & Latina. Idem de Tobia dicas licet, & cujus  
 editio Græca dissimillima est Latina Hieronymia-  
 na. Hebraicus, quem ediderunt Iudæi Constantino-  
 politani ante annos C. est ex Græco expressus, stan-  
 te adhuc imperio Constantinopolitano. Sunt &  
 duæ diversa editiones Hebraicæ hujus Tobie. Hunc  
 etiam librum, scribit Hieronymus, Hebræos de cata-  
 logo divinæ scripturarum sequentes hos, quæ  
 Hagiographa memorant, mancipasse. Ego jam dixi  
 me ignorare, quæ sint illa Hebræorum Hagiographa,  
 quum constet, Hagiographa à Iudæis vocari longe  
 ante Hieronymi seculum omnes libros canonis Bi-  
 bliaci, præter legem, prophetas, libros Iosue, Iudi-  
 cum, Samuelis, & Regum. Imò, ut ipse fatetur Hie-  
 ronymus, Iudæi conquirebantur, à Christianis con-  
 tra canonem suum legi. Ita infinitis locis pugnan-  
 tia scribit doctus ille scripturæ interpret.

Quicquid sit, liber Judithæ canonicus nō est.  
 Nam (præter ea; quæ communiter dicimus) ad-  
 modum, & quidem diu, corruptus est: ut jam suo  
 tempore Augustinus de eo sit conquestus. Si La-  
 tina vulgata versio & Græca conferantur, maxi-  
 ma differentia apparebit. Aliquot sæpe periodi  
 in hac aut illa leguntur, quæ ab altera absunt.  
 Vide cap. 1. post vers. 12., cap. 2. post vers. 15. cap. 4.

post 6.10. cap. 5. post 6.14. c. 7. post vers. 9 § 10. Et pugnant inter se editiones illæ. Vide cap. 2. 1. & 7. 10 II. Ea oratio, quæ Judithæ cap. 11. 4. & 12. 18. tribuitur; non decet sanctam fœminam. III. Contradicit canonice scripturæ. Quod enim Simeonis factum Jacobus improbat *Genes. 34. 30. 49. 5. 6.* id hîc in Juditha cap. 9. *vers. 2.* commendatur. IV. Non potest vel ex sacra, vel ex profana historia certum tempus designari, quo ea, quæ hîc narrantur, evenerint. Unde poëticum figmentum esse verisimile est, ad figurandam ecclesiæ liberationem è periculis. Id eo etiam confirmari videtur, quòd Holofernem introducit, tanquam ignarum Judaici populi cap. 5. Non autem potuit ille tam ignotus esse.

## V. M.

1 2 3 4 5  
Rex Nineves, mandat, divos, iudæa, recenset,

6 7 8 9 10  
Dux Achior, unda, firma, precans, capitur,

11 12 13 14 15  
Fallit, adit cœnam, truncat, suspendit, oliva,

16

Cantat. Judithæ membra quaterna quater.

## EXPOSITIO.

**R**ex Nineves Nabuchodonosor minatur gentibus, quæ legatos ipsius spreverant; mandat res bellicas Holofernæ; divos omnes profligat Holofernes, ut solus Nabuchodonosor colatur, iudæa anxia se munit adversus hostem, recenset Achior historiam de Judæis.

Dux Achior male tractatur; unda. deficiunt Bethu

Bethulenses, unde meditantur deditiōē *firmā*  
Juditha firmat etiam cives: *precans* commendat  
salutem gentis Deo: *capitur* egressa. (X)

*Fallit* Juditha Holofernem, *adit* invitata cœ-  
*nam* ejus, *truncat* eum dormientem, *suspendit* ca-  
put ejus in muro, *oliva* corona Judithæ honoris  
causâ imponitur.

*Cantat* Deo eucharisticum carmen.

## DE BARUCHO.

**B**aruchus, quidam filius Neria, scriba fuit, cu-  
jus Ieremias facit mentionem prophetiæ suæ  
cap. 36. 32. Hic autem liber in canone non est, ut  
non scriptus propheticâ linguâ. Si à Ieremia vel  
Barucho scriptus esset, Hebraicè nō Græcè pro-  
diisset. Et pugnat cum canonica scriptura. Con-  
fer cap. 1. v. 2. cum 2. reg. 25. Illic enim asseritur,  
quod hic negatur, urbem eodem tempore captâ  
& exustam esse. Hieronymus prologo in Ieremi-  
am scribit: *Librum Baruch, qui apud Hebræos nec  
legitur nec habetur, prætermisimus.* Ipse etiam Io-  
hannes Driedo & Melchior Canus papistæ cano-  
nicam ei libro auctoritatem derogât: inter apo-  
cryphos tamen ob res sanctas præcipuus haberi  
solet.

## VERSUS.

1 2 3 4 5  
*Collectam, crimen, prudentiam, verte, decorem,*

6  
*Idolis.* Hæc sex membra Baruchus habet.

## EXPOS.

*Collectam* è Babylonia Hierosolymam mittit


H 4

Judæi

176 DE JEREMIAE EPISTOLA.

Judæi, pro cultu Dei: *crimen* suum confitentur:  
*prudentia* ubi sit, discite: *Verte* te ad Deum, Iacobe:  
 decorem gloria à Deo collatum indue.


*Idolis* interdicit jeremias.



DE JEREMIAE EPISTOLA.

Jeremias epistolam jam in recensione Baruchi  
 complexi sumus. Nam caput sextum præscri-  
 ptum habet hunc titulum, quòd sit ἀντίγραφον  
 ἐπιστολῆς. i. e. *exemplum epistolæ, quam misit Jeremias ad abductos captivos in Babyloniam &c.* Si a-  
 liquam ejus summam seorsim cupis, istam habe:

*Quum vos captivos Babylonia dura tenebit,  
 Unica sit falsos cura cavere deos.*



DE ADDITIONIBUS AD DANIELEM.

Sunt quædam additamenta ad Danielem, quæ  
 in Græca versione leguntur, ut ad tertiū cap. v.  
 24. & deinceps, 90. versu caput claudēte; & c. 13.  
 & 14. Canonica autem non sunt. Hieronymus  
 proœm. in cōmentar. Danielis scribit: *Nosse de-*  
*bemus inter cetera, Porphyriū de Danielis libro no-*  
*bis objicere, idcirco illū apparere confidū, nec habe-*  
*ri apud Hebræos, sed Græci sermonis esse figmentū,*  
*quia in Susanna fabula contineantur: Dicente Da-*  
*niele ad presbyteros ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς καὶ ἀπὸ τῆς ἑβραϊ-*  
*κῆς, quam etymologiam magis Græco sermoni*  
*convenire, quam Hebræo, cui & Eusebius & Apol-*  
*linarius pari sententia responderunt: Susanna Be-*  
*licæ ac draconis fabulas non contineri in Hebraico,*

*sed*

sed partem esse prophetia. Habacuc filii Jesu de tribu Levi, sicut juxta L. XX. interpretes in titulo ejus de Be-  
 lis fabula ponitur. Homo quidam erat sacerdos nomi-  
 ne Daniel, filius Abda, convivae regis Babylonis, cum Da-  
 nielem & tres pueros de tribu Juda fuisse sancta  
 scriptura testetur. II. Fabulosae itaque sunt istae  
 additiones, unde Hieronymus aperte illas de Be-  
 le & Dracone narrationes vocat *fabulas*; quas et-  
 iam cum verteret, obelo se dicit praenotasse. III.  
 Pugnant etiam haec additamenta cum divina scri-  
 ptura. Nam cap. 13. 45, dicitur, Danielem fuisse  
 puerulum, quum Susannam liberaret. At genui-  
 nus, Daniel rationibus regis praefectus erat Dan.  
 2. 48. & cap. 6. 2. Confer etiam Dan. 1. 2. Jerem. 29.  
 10. cap. 14. 36. Daniel ait, se ab Habacuco ciba-  
 tum esse. Sed propheta Habacucus multo ante  
 captivitatem docuit.

V. M.

<sup>1</sup> Azarias orat, <sup>2</sup> Susanna gloria, <sup>3</sup> Beli.

Haec in fictitio sunt Daniele tria.

EXPLICATIO.

**A**zarias in medio ignis Deum orat: Susanna  
 gloria, postquam ejus innocentia patefacta:  
 Beli idoli Babylonii imposturae deteguntur.

DE ESTHERE.

**A**d canonicum librum Estheris, cujus capita  
 sunt X, adduntur vulgo apocrypha ista, appen-  
 dix ad cap. 10. & integra capita sex. Haec autem re-  
 cte apocrypha dici, constat his argumentis. I. II.

H S

la

la septem capita in Hebræo canone non leguntur, & non exstant nisi Græcè. II. Pugnant etiam cum canonica scriptura. Confer genuinam Estherem *cap. 2. & 6. cum cap. 11. hujus vers. 2. & 12. cap. initio: item Cap. 6. & 3. cum 21. & 5. Præterea cap. 3. & 5. cum cap. 12. & 6. amplius cap. 1. & 2. cum 14. & 10. insuper cap. 3. & 13. & cap. 8. 12. & 9. & 1. cū cap. 12. 6. & cap. 8. & 3. cum 16. & 10.* III. Ante Philippum non fuit ea Macedonū potentia, quæ ipsi attribuitur c. 16. v. 14. Et à captivitate Babylonica ad exitū Philippi sunt anni 300. Mardocheus autem cum Jechonia Babylonem fuit abductus *Esth. 2. & 7.* Igitur Haman Philippi coætaneus esse non potuit. IV. Hæc ad Estheram appendix scripta est post ætatem Artaxerxis. Nam *cap. 11. vers. 1.* fit mentio Ptolomæi & Cleopatæ. V. Lyra judicat, illas appendices à Josepho confectas esse. VI. Sunt duæ horum septem capitum editiones, una Græca, altera Latina, quæ inter se non conveniunt. VII. Etiam Sixtus Senensis Biblioth. lib. 1. quanquam post concilium Tridentinum, hæc Estheræ addita capita asserit esse apocrypha: sc. veritatis vi convictus.

V. M.

10

*Somnia prædixere mihi, quæ gesta fuerunt,*

11

12

13

14

15

*Fons, Brigtan scribit, supplice, virga datur.*

16

*Ut non iudei pereant, rex prospicit illis.*

*Esther post decimum, sex habet illa caput.*

EX.

## EXPOSITIO.

**S**omnia prædixere mihi, inquit Mardocheus,  
 qua gesta fuerunt in causa Hamaniana :

Fons parvus, significans Estheram, factus est  
 fluvius magnus: *Brigtan* & *Teresus* eunuchi con-  
 spirantes in regē deteguntur: *scribit* Artaxerxes  
 edictum de Judæis tollendis, ex Hamanis confi-  
 lio: *supplice* prece Esther Deum adorat: *virga* au-  
 rea à rege datur Estheri solandæ.

*1. Rex &c.* Artaxerxes in Judæorum salutem  
 consulit.

## DE LIBRIS ESDRÆ.

**I**nter canonicos est liber Nehemiæ & Esdræ,  
 quorum ille primus, hic secundus Esdræ ali-  
 quando appellatur. Inter apocryphos leguntur  
 præterea duo libri sub Esdræ titulo, tertius &  
 quartus. Esdras vero auctor non est. Is enim pro-  
 pheticus vir erat, & sibi contraria nō scripsisset.  
 Sunt autē non pauca in his duobus libris erronea  
 & fabulosa, quæ deprehendet, qui eos cum sacris  
 libris attentè contulerit. ut quæ *l. 4. c. 6.* de pi-  
 scibus *Enoch*, & *Leviathan*, & *cap. 4.* de animabus,  
 quod in subterraneis promptuariis servetur, do-  
 nec justorum numerus impleatur: & quæ *c. 14.* de  
 libris sacris perditis in captivitate narrantur.

## IN LIB. III. ESDRÆ.

**1**      **2**      **3**      **4**      **5**  
*Incendit, Cyrus, tria, veri gloria, scandunt,*


*H 6 Adis*

6 7 8 9

*Ædificant, sacris, Esdra, alienigena.*

**I**ncendit domum Dei Babylonius v. 15. *Cyrus*  
reddidit sacra vasa Judæis v. 10. &c. *tria* dicta  
trium juvenum de re fortissima v. 10. &c. *veri* i. e.  
veritatis gloria, quæ robustissima prædicatur v.  
41. *scandunt* ascendunt Hierosolymam reduces  
Judæi, v. 4.

*Ædificant* iterum Hierosolymam v. 2. *Sacris*  
operantur v. 7. *Esdra* magno studio res Ju-  
dæorum recurat: *alienigenæ* uxores dimittun-  
tur *vers.* 36.



## IN LIB. IV. ESDRÆ.

1 2 3 4 5

*Enumerat, natus, res gestas, angelus, unum.*

6 7 8 9 10

*Conditæ, non judex, orat, ager, mulier,*

11 12 13 14 15

*Ala, bis sex, vir cæcæ ventus, scriba, Asiana,*

16

*Va Babylon. Quartus bis legit octo liber.*

## EXPLICATIO.


**E**numerat Esdras Dei beneficia & populi ingra-  
titudinem: *natus* Dei imponit coronas v. 46.  
47. *res gestas* in veteri populo narrat; *angelus* U-  
riel tres vias & similitudines proponit: *unum* ele-  
gisti populum, inquit Esdras v. 27.

*Conditæ*, i. e. res creatas refert: nō est *judex* supe-  
rior Deo v. 19. *orat* Esdras: *ager* qualis talia & fe-  
mina *vers.* 17. *mulier* (Sionis figura) flens obi-  
tum



tum repentinum filii ab Esdra reprehenditur v.  
6. &c. (X)

*Ala* duodecim aquilæ cujusdam regnatricis  
describuntur: *bis sex* reges per illas figurati: *vir*  
*ceu ventus* è mari surgere visus v. 2. *scribe* quinque  
Esdræ adjunguntur: *Asiana* regioni indicantur  
inina vers. 46.



## DE MACCAB. LIBRIS.

**M**accabæi dicti fuerunt quidam Judæorum  
principes (ante omnia Judas, ut est lib. 1. c.  
2. 4.) qui populares à tyrānidē vindicaverūt: No-  
men ex acrostichide ortum esse vulgò existima-  
tur, quòd in vexillo suo Judas has literas pratu-  
lisset מַכַּבִּי, hoc est, MCBI, quibus indicaret sen-  
tentiam, quæ legitur Exod. 15. v. 11. Sed hanc o-  
pinionem minuit nobis Josephus Scaliger ca-  
nonum chronologiae Isagogicorum libro 3. his  
verbis: *Omnes filii Mathathie suo singuli cognomē-*  
*to pradii fuerunt. Maximi natu cognomentū fuit*  
*מַכַּבִּי* Μακκαβῆαι, idq; jam à puero: ut desinant  
Judæi nugari, qui non prius illi nomen datū hario-  
lantur, quàm princeps gentis fuit; à quo tēpore illū  
Es se ita cognominari voluisse. Et in castris vexillo suo  
illas singulares literas intexi curasse, quæ singulorū  
verborū initia essent, quæ expressa hoc conciperent,  
מִי כְמוֹכָה בְּאֵלֵי הוֹיָהוּ i. e. Quis inter deos  
similis tibi, o Deus? Exod. 15. v. 11. Potuit fieri, ut  
nomen cum agnomine simul gestaret, sed non tam ē,  
ut illud verū fuerit de loco Exodi, alioquin ex veru-

tissimis Judaeorum monumentis scimus, Leonem ejus  
 Vexillo intextum fuisse: quem imitatus Rabbi Hasi  
 ultimus eorum, qui **לוי** dicti sunt, &  
 ipse Leonem in annulo signatorio gestavit. Item:  
 Non possumus non mirari, quum unus Iuda Mac-  
 cabaeus cognominaretur, non solum illum, sed &  
 fratres ejus, & posteros eorum, & omnes, qui ab An-  
 tiocho propter cultum Dei excruciatii sunt, à scri-  
 ptoribus ecclesiasticis Maccabaos dictos fuisse. Item:  
 Qui ante ledam Maccabaum, & Antiochum Epi-  
 phanem elephantorum furori à rege Aegypti obji-  
 ciendi erant, et etiam Maccabaei videntur: quia  
 liber ejus historiae à תולדות מַכַּבֵּיּוֹן inscri-  
 bitur tertio ordine librorum historia, sed prior tem-  
 pore, quàm reliquae duae, quae illi anteposita sunt.  
 Notabiles vero sunt in his libris narrationes:  
 quapropter prisca ecclesia apud Syros appella-  
 vit eos *tarbet jarbane, el*, ut est apud Euseb. l. 6.  
 hist. eccl. c. 24. Est autem **שִׁירָתֵנוּ סִבְבֵי נֹלָה**  
 Circa rebellantiū Deo; ob flagella & judicia, quae  
 hic legimus in hostes Dei & ecclesiae exercita fu-  
 isse. Ceterum Maccabaeorum tres libri leguntur.  
 Qui vulgò tertius dicitur, Simeoni sacerdoti in-  
 scriptus est, & ordine historiae antecedit. Nam  
 habet gesta sub annū quartum Antiochi magni  
 regis. Qui primus vulgò vocatur, recitat illustria  
 quaedam eventa sub Antiocho Epiphane, Eupa-  
 tore, Demetrio Sotere, Alexandro Epiphane,  
 Demetrio Nicanore, & Antiocho Sedete; per an-  
 nos ferè XL. Qui appellatur secundus, continet  
 historiam annorum ferè XIV; nempe à fine Seleu-  
 ci Phi-

ci Philopatoris ad tempora usque Antiochi Eupatoris. vide Scalig Animadv. in Euseb. ad num. 1829, ubi verba Eusebii putat esse שַׁעַר בַּיִת שַׁעַר *porta domus*, aut שַׁעַר בְּנֵי אֱלֹהִים *porta filiorum Dei*: vel potius שְׂרָיִי בַּיִת *principes familie aut principes filiorum Dei*. Libri vero hi non sunt canonici. Nam I. tempore Maccabæorum non fuit propheta. I. Macchab. 4. 46. & cap. 14. 41. II. Auctor primi & secundi perhibetur Josephus. Vide Eusebium lib. 3. 10. Hieronymum lib. 2. contra Pelag & in catal. Josephus autem Christum agnoscere non voluit. Sanè etiam inter Josephi libros est unus eximia doctrinæ de Maccabæis sive de rationis imperio. III. Secundus liber est epitome quinque Græcorum voluminum Jasonis. 2. Macch. 2. 24. Jasonis autem libri non sunt canonici. Ergo neque epitome eorum. IV. Pugnant cum veritate historiarum, vide lib. 1. c. 1. 7. & confer cum omnibus, qui historiam Alexandri Magni scripserunt: ut Curcio lib. 10., Arriano l. 7. Diodoro Siculo lib. 17. Vide etiam lib. 1. Maccab. cap. 8. 16. & cap. 4. 52. & 2. Maccab. 10. V. Liber secundus Maccabæorum Græcus est. At nullus propheta Græcè scripsit. VI. Illi libri in canone Judaico non habentur: nec in Christiano canone à primitiva ecclesia habiti sunt. VII. Pugnant in eis quædam cum canonica scriptura; ut lib. 2. cap. 12. 43. VIII. Petit auctor veniam rudis sermonis lib. 2. cap. 15. 39. IX. Quædam, quæ

in his libris promittuntur, sunt falsa vide lib. 2. cap. 2. v. 7. X. Pugnant secum ipsi manifestè, vide lib. 1. c. 1. 16. & lib. 2. cap. 1. 16. & cap. 9. 28. XI. Augustinus, quamvis alicubi multum historiae illi deferat tamen ejus auctoritatem quoq; elevat lib. 1. de civitate Dei cap. 20. & lib. 2. de mirabilibus sac. script. c. 34.

## DE JOSEPHO.

**Q**uia Josephus librorum duorum Maccabaeorum auctor est: de eo aliquid etiam adjiciamus. Hieronymus in libello de illustribus ecclesiae doctoribus cap. 1. de eo ista habet: *Josephus Matathiae filius, ex Hierosolymis sacerdos, à Vespasiano captus cum Tito filio ejus relictus est Hierosolymis. Hic Romam veniens septem libros Iudaicae captivitatis imperatoribus patri filioq; obtulit, qui in bibliotheca publica traditi sunt: et, ob ingenii gloriam statim quoq; meruit Roma. Scripsit autem et alios viginti quatuor libros ab exordio mundi usq; ad XIV annu Domitiani Caesaris et duos à Ἐξαίοντος, adversus Apionem grammaticum Alexandrinu, qui sub Caligula legatus missus ex parte gentiliu, contra Philonem etiam librum, vituperatione gentis Iudaicae continentem, scripserat. Alius quoq; liber ejus, qui inscribitur *Ἐὶ αὐτοῦ γὰτερ ἡ λογισμῶν*, valde elegans habetur, in quo et Maccabeorum digesta sunt martyria. Dignissimi certe ejus sunt libri, qui à nobis diligenter perlegantur; quibus si careremus, in magna rerum Judaicarum ignoratione versaremur. Fides ejus in narrando veritate merito*

ritò prædicatur, & singularis est ejus in investi-  
gandis omnibus industria. Quod autem in tem-  
porum annotatione sæpe in ipsis libris est erra-  
rum, id descriptorum culpæ imputatur, per quã  
quidem jam Rufini ætate admodum corrupta  
ejus fuit lectio, vide Isaaci Casauboni exercit.  
in annal. Baronis & Scaligeri notas ad Eusebi-  
um, ubi subinde prava chronologia corrigitur,  
Cæterum Josephus suos libros cœpit scribere  
anno 24, ab excidio templi.

IN I. MACCABÆORUM.

I	2	3	4	5
U	Judas,	Seronem,	purgat,	Ephronis,
6	7	8	9	10
Antiochus,	primus,	Roma,	potens,	Jonathas,
11	12	13	14	15
Ægypti,	Tryphon,	Simeon,	in Perside,	consul.
16	Filius Abubi. Sex habet atque decem.			


EXPLICATIO.

**U**sferunt libros legis Antiochani v. 39. Judas  
à patre Mattathia exercitus dux constitui-  
tur: Seronem conterit Judas v. 23. purgat templū  
v. 36, Ephronem repugnantem evertit v. 46. &c.  
Antiochus moritur miserè v. 16. primus Nicanor  
in prælio concidit v. 23. Roma cum Iudæis foedus  
facit: potens Judas cedit fortiter v. 18. Ionathas sit  
Alexandro amicus. (X)

Ægypti rex perfidus in Alexandrum, Thryphon  
decipit Ionathanem: Simon in Jonathanis locum  
sufficitur: in Perside Demetrius capitur: consul  
Roma-

Romanus Lucilius scribit Ptolomæo.

*Filius Abubi* Ptolomæus Simeonem cum filiis dolo occidit. v. 16.



## IN LIB. II. MACCA.

BAEORUM.

1 2 3 4 5

*Ignis, libri, Onias, Jason, post occidit exsul,*

6 7 8 9 10

*Uberibus, septem, scripta, refusa, Macron,*

11 12 13 14 15

*Hinc Lysias, Cassin, Rhodocus, Demetrius, orans.*

Quinq; decemq; liber mēbra secundus habet.

## EXPLICATIO.

**I**gnis in cavo putei aridi absconditus v. 20. libri sacri per Nehemiam & Judam congesti vers. 13. Onias summus sacerdos publici boni studiosus; Jason sacerdotium emit v. 7. &c. post occidit exsul Jason, post savitiam in cives suos.

*Uberibus* duarum mulierum suspenduntur nati & e muro præcipitantur. *Vers. 10. septem* fratres cum matre ab Antiocho crudeliter necantur; *scripta* sacra ab Eleazaro legi curat Judas v. 23 *refusa* Antiochi malitia plagâ horrenda: *Macron* Ptolomæus Judæorum amicus. (X)

*Hinc Lysias* antè victus à Juda pacem querit; *Cassin* superat Judas; *Rhodocus* capitur. v. 21. *Demetrius* Alcimi instinctu pactam cum Judæis pacem violat; *orans* Judas Nicanorem fundit.

IN

## IN LIB. III. MACCAB.

Hic liber de Simeonis nomine inscribitur, quia tunc temporis is sacerdos erat, quum ista gererentur. Magna inter librum Sapientiæ & istum est convenientia, unde utriusque auctorem faciunt Philonem, de quo ad librum sapientiæ. De hoc libro sic Scaliger animadvers. in Eusebium: *Uni tantum Iuda filio Matthathia cognomen fuit Maccabæo tamē nescio, quomodo omnes, qui religionis nomine dira passi sunt, eodē cognomine vocati; ut illi septem martyres, filii Anna, nullo cū Iuda sanguinis sed causa tantum vinculo conjuncti: quorum nomine singularis liber à Iosepho conscriptus exstat hodie: & præterea illi, qui ante Judam Maccabæum in Ægypto sub Eupatore minimū ab extremo exitio abfuere: quorū historia vocatur liber tertius Maccabæorū: conditus stilo & charactere Alexandrino, ampuloso & qui proximè abest à cœthurno. Ha historia digna quidem cognitu sed dolendum, quòd ea paucis nota, tempus verò nulli. Sed eruendū est; si fieri potest. Polybius lib. 5 scribit, in eunte Vere postquam Attalus Gallogracis, qui ejus gratiā in Asiam trajece- rant, locū, agrum & regionem assignasset, qua postea dicta est Galatia & Gallogracia, Antiochum & Ptolomeum Philopatorē, necessariis autē bellum paratis, exercitus eduxisse, ac postea, pralio cōmisso, quū diu ancipiti fortuna pugnatum esset, tandem Philopatorē insigni clade Antiochi victorem in Ægyptū discessisse. Quia igitur Polybius nos docet, Vere in eunte Attalum Gallos à se dimisisse: si illud tempus depre-  
hendere*

hendere possumus, rem ipsam tenemus. Bene nobiscum agitur, quod Polybius ipse re insigni caractere notavit. Scribit enim, defectionem luna fuisse, antequam illos dimitteret; quam nos dicimus incidisse in noctem, quae sequuta est XXV. diem Februarii post bisextum, anno periodi Iuliana 4497. quum antea die 9. ejusdem mensis sol quoque defecisset. Incidit igitur hic defectus Lune anno M XXXI. Nabonassari, Tybi XII. feria VII. anno tertio Olympiadis CXI numero Eusebiano MCC, epacta Iuliana tam aquabili, quam castigata VI. Aestate sequenti, qua inibat annus quartus ejusdem Olympiadis, Ptolomeus Philopator, parva victoria, quum hostias Deo, ἐὺχαερίστεια ἡγυῖαν ἑταίρα, Hierosolymis immolare vellet, a ditu templi a pontifice maximo prohibitus inexpiabili odio in Iudaorum gentem exarsit. Itaque in Aegyptum reversus edictum de universo Iudaorum genere delendo proponit. Iubet omnes Iudeos describi a XXV. Pachon ad IV. Epiphi, id est, a VII. Iulii numeri MCCCL. ad finem XIII. Augusti, hoc est ab Octavo Tamuz anni Iudaici 3544. ad finem XVII. Ab Iosephus in libro posteriore hoc gestum tribuit non Ptolomeo Philopatori, sed φιλόμετρον Philometoris filio. quae historia deest in Graeca editione, exstat in Latina Rufini.

V. M.

1                      2                      3                      4                      5  
Ad sanctum, Simeon, scribit, lugent, elephantos,

6                      7  
Orat, Philopator. Quinque duoque legis.

EXPLICATIO.

**A**D sanctum penetrare intendit Philopatori:  
Simeon  
quibus gratias ageret pro victoria.



*Simeon* sacerdos orat contra institutū regis: *scribit* rex contra Judæos iniquissima: *lugent* judæi ob mandatum regis: *elephantos* quingentos efferandos curat in Judæos:

*Orat* Eleazarus ardentem, impetratque divinam opem: *rescribit* *Philopator* ad præfectos suos, pro Judæis.

## DE LIB. SAPIENTIÆ.

**L**iber hic *Sapientia Salomonis* dicitur. Agit enim de vera sapientia; tanquam enarrans argumentū, quod Salomo tractat initio proverbiorum. Ergo Sapientia Salomonis hic ex parte aliqua explicatur. Liber est utilis quidem lectu, sed non canonicus neq; auctoris Salomonis. Nam 1. est scriptus Græcè, 2. Hieronymus præfatione super libros Salomonis ait de libro Sapientia: *Apud Hebraeos nunquam est; quia & ipse stilus Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli veterum hunc esse judæi Philonis affirmant.* 3. Falsa quædam habet ut cap. 14. Cæterum observandum est, Salomonis sapientiam & proverbia nonnunquam eodem sensu dici, ut apud Eusebium lib. 4. histor. eccl. cap. 26. Etiam hæc sapientia *σοφία* vocatur ab Epiphanio & Hieronymo, tanquam omnem virtutem complexa. Malè legunt *σοφία πρῶτον* quasi eximium & præcipuū. Nā ea vox non est in Græci sermonis usu.

## DE PHILONE.

**P**hilones tres fuerunt celebres. Duo ex iis (inquit Johannes Drusus comment. ad Difficil. loca Deuterōn. c. 6.) *vixerunt ante Christum.* Tertius *vixit*

Vixit post eum, sub principatu imperatoris Caji, hoc est, apud Aegyptum a. d. 40. Qui hunc auctorem esse statuunt libri sapientia, nimium errant. Nam liber ille recensetur inter apocryphos veteris instrumenti. Neque ergo Philo ille auctor esse potest. Quis igitur? Ex duobus alius alterutrum fuisse autorem credibilis est, & ut dicam, quod sentio, cum duo fuerint, unus Judaeus & alter gentilis, vero propius est, ut dicamus, eum compositum fuisse à Judaeo quam à gentili. Judaeus sacerdos erat, qui vixit 40. annos post Antiochum Magnum, & Graeco sermone librum edidit de anima. Gentilis quis fuerit, ignoratur. Ejus meminit Josephus lib. 1. contra Apionem, quem appellat Philonem seniore. Nam senior erat ille, qui vixit post Christi aetate. Si conjectura locus, conjicio eum esse qui Sanchuniathonis historiam Phenicum in Graecum idioma convertit. Vocatur ab Eusebio Philo Byblicus vel Bybliensis, historicus fuit. Ideo memoratur cum Demetrio Phalereo & cum Eupolemo historicus: alter philosophus fuisse videtur. In libro Johasin (i. e. genealogiarum) etiam fit mentio Philonis illius senioris, qui vixit tempore templi secundi. Ille autem, cujus scripta compluscula extant, Alexandrinus fuit de genere sacerdotum. Vixit tempore Caji Caligulae, apud quem gentis suae causa legatione functus est, contra Apionem grammaticum, legatum Graecorum. Meminit ejus rei Josephus lib. 18. antiq. Summa est: Inter Judaeos & Graecos Alexandriae habitantes ortam fuisse seditionem, atque inde utrinque legatos ad Cajum missos, inter quos à Graecorum parte fuerit

fuerit Apion, qui multa in Judæos crimina ja-  
ctaverit, interque cætera, quòd Cæsarem de-  
bitis non prosequerentur honoribus: quos ni-  
mios istud hominum genus ad impiam usq; ido-  
latriam affectabat. *Philo* autem è *Judaorum* le-  
gatis potior, vir per omnia clarissimus, *Alexandri*  
*Alabarcha* frater & non imperitus philosophia, pa-  
rabat causam gentis suæ agere. Sed repulsus à Cæ-  
sare, jubente illum abire, & per iracundiã, vix tem-  
perante ab injuria. Quapropter ejectus convivio,  
versus ad *Judaos* affectatores, Nunc, inquit, oportet  
bono esse animo, quando cæsus iratus est. Nunc n. Deus  
cõtra illũ nobis aderit. Græca verba ista sunt: καὶ  
παρρησιῶν γαίης λόγῳ μὲν αὐλοῖς ἀργιστῆρος, ἔργῳ δὲ ἡδὴ  
τὸν θεὸν ἀντιπαρξέσσωσαντος: Hoc est: *Confidere* oportet,  
quũ *Cajus* quidẽ ipsis verbo irascatur, opere ve-  
rò jam Deũ ex adverso educat, scilicet ut exercitus  
in hostẽ duci solet, *Raphaël Volaterranus* anthro-  
pol. l. 18. sic refert: *Bono nos animo esse oportet,*  
*quibus est Cajus infestus, necesse namq; divinũ ad-*  
*esse, ubi humanũ cesset auxiliũ.* Quia *Platonem* æ-  
mulatur, de hoc, ut *Hieronimus* ait, apud *Græcos*  
dicitur. ἢ πλάτων φιλωνίζει ἢ φίλων πλατωνίζει,  
i. e. aut *Plato Philonẽ* sequitur, aut *Platonẽ Philo.*  
Tanta est similitudo sensuũ & eloquiũ. *Augustinus*  
contra *Manichæũ* lib. 12. c. 39. eum vocat *Virum*  
*liberaliter eruditissimum, unum eorum, cæjus elo-*  
*quium Græci Platoni equare non dubitent.*

V. M. in lib. Sapient.

1 2 3 4 5  
Mors, reprobi, pœnas, illiberis, ô Variata,

R ege

6 7 8 9 10

*Reges, egressus, cuncta, precando, salus.*

11 12 13 14 15

*Gesta, in supplicis, ut Vana, idolaq<sup>3</sup>, nosse,*

16 17 18 19

*Cultores, iudex, lux, Domini populus.*

## EXPLICATIO.

**M**ors non est à Deo *vers. 13. reprobis* seu profanarum quæ cogitent, *pœnas* piorum & impiorum discerni docet *v. 4. illiberis*, h. e. carens liberis virtute præditus antefertur sobolescenti impiorum multitudini: *ô Variata* tandem conditio piorum & impiorum!

*Reges* hortatur ad justitiam: *egressus* unus est omnium è vita; *cuncta* regit sapientia: *precando* eam auctor quærît apud Deum: *salus* omnis est à sapientia. (X)

*Gesta* per sapientiam in Israëlitico populo: *in supplicis* bonorum & malorum quid spectetur: *ut Vana* humana, *idolaq<sup>3</sup>* inania; *nosse* Deum justitia est.

*Cultores* idolorum ut puniti: *iudex* in impiis Deus: *lux* sanctis est: *Domini populus* ut à Deo liberatus fuerit.

## DE ECCLESIASTICO.

**E**cclésiasticus dictus est, quod in ecclesia frequenter legeretur, ob coacervatas pias sententias ad vitam regendam. Aliter vocatur Sapientia Jesu filii Sirachi: de cujus inscriptionis causa præfatio ipsa loquitur. Eusebius in Chronicis n. M D C C LXXXVII. scribit: *judaorū pontifex ma-*

*simus*

*Simon Onia filius clarus habenter, sub quo  
 Jesus filius Syrach Sapiientia librum componens,  
 quem vocant panaroton, etiam Simeonis in eo fe-  
 cit mentionem. In quem locum hæc notat Scali-  
 ger: Duo errores: tum quòd hunc Simonem putat  
 esse eum, qui justus cognominatus est: tum quòd Je-  
 sum Siracidem sub eo, propterea, quòd ejus memine-  
 rit, scripsisse Panareton suam putat. Simeon ille,  
 cujus meminit Siracides cap. 50, est nepos Jaddue  
 illius, qui occurrit Alexandro Magno, & quidem  
 hunc multis & annis antecedit. Itaq; peccatur ana-  
 chronismo. Deinde, tametsi Siracides mentionem  
 facit Simonis justii: non statim sequitur, sub eo vi-  
 xisse. imò ponit eum inter vetustissimos, quos nun-  
 quam vidit, non magis utiq; quam Nehemiam &  
 alios, quos laudat Vixit igitur circa annum mū-  
 di 3732. Siracides ipse scribit, se in Ægyptum ve-  
 nisse sub Evergete anno xxxviii. Caterùm ob-  
 serva, Panareton dici omnē librum γινωμολόγον,  
 hoc est, qui sententias continet. Nam & liber  
 Sapiientia eò nomine indigitatur. Liber autem  
 hic non est canonicus. Nam 1. Ecclesiastici sunt  
 duæ editiones, una Græca, altera vulgata Latina,  
 eaq; admodum inter se differentes, 2. Scriptus  
 est ætate Evergetis post Malachiam. 3. Jesus ne-  
 pos eum à patre & avo congestum edidit & Græ-  
 cè scripsit: ut constat ex præfatione. 4. Auctor  
 petit veniam sui in scribendo tenuitatis. 5. Cap.  
 46. de vero Samuele dicitur de spectro diaboli-  
 co accipiendum esse, constat, & Augustinus ipse  
 asserit lib. 2. de doctr. Christ. cap. 27.*

1	2	3	4	5
<i>Cui detur, patiens, humilis, ne afflige, susurro,</i>				
6	7	8	9	10
<i>Consilio, ambitio, lis, meretrice, timens,</i>				
11	12	13	14	15
<i>Ante obitum, benefac, cui jungi, sordidus, ignem,</i>				
16	17	18	19	20
<i>Ne natis, factor, vota, tacere, tacens,</i>				
21	22	23	24	25
<i>Stultus, homo piger, impurus, sapientia, prava,</i>				
26	27	28	29	30
<i>Fœmina, venditio, finis, aqua, indomitus,</i>				
31	32	33	34	35
<i>Ad mensam, reverens, servi, ne somnia, sacra,</i>				
36	37	38	39	40
<i>In gentes, operis: pharmaca, lex, misera,</i>				
41	42	43	44	45
<i>Mors, ne te pudeat, natura, quinq, Pinhasus,</i>				
46	47	48	49	50
<i>Josua, Jessaides, fax, mel, uti, Simeon,</i>				
51				

*Siracides ardet Domino persolvere grates.*

*Quinquaginta uno clauditur iste liber.*

EXPLICATIO.

**C**ui detur sapientia v. 10. patiens esto v. 4. humilis esto v. 9. ne afflige afflictos v. 4. susurro ne sis versu 16.

Consilio ne multos adhibe v. 6. ambitio fugienda v. 4. lis cum potentiore fugienda: meretrice abstinendum est v. 5. timens Dei semen securum erit versu 22.

(X.)

*Ante obitum* neminem beatum prædices v. 29. *benefac*, sed, cui, vide v. 1. *cui jungi* debeas famili-  
ariter v. 1. 2. *sordidus* non est bonus possessor divi-  
tiarū, v. 3. *ignē & aquam* apposuit tibi Deus, v. 15.

*Ne natis* fidas v. 2. *factor* Deus est hominis v. 1.  
*Vota* quin tempestivè reddantur, ne impedi v. 23.  
*tacere* non obest v. 23 *tacens* est, qui non habet re-  
sponsum, & tacens qui opportunitatem no-  
vit. versu 4. (XX.)

*Stultus & sapiens* conferuntur v. 17. &c. *homo*  
*piger* lapidi conspucato similis est versu 1. *im-*  
*purus* seu impudicus ne esto v. 22: &c. *sapientia* de  
se magnificè loquitur: *prava* nonnulla & bona  
recensentur numeris.

*Fœmina* prudens magnum bonam v. 1. *Geneditio*  
& *emptio* facilè in peccatum cedunt v. 2. *finis* me-  
mento, & desine inimicitias gerere v. 6, *aqua &*  
*panis*, vestis & domus præcipua sunt vitæ huma-  
næ v. 25. *indomitus* equus evadit molestus & fili-  
us sibi permissus fit præceps, v. 8. (XXX.)

*Ad mensam* ut te gerere debeas v. 12. &c. *rebe-*  
*rens* Deū accipiet eruditionem ejus: *serbi* ut tra-  
ctandi v. 2. *ne somnia* cures v. 1. &c. *sacra* Deo pla-  
centia quænam sint v. 1. *In gentes*, quæ populum  
Dei premebant, oratio: *operis* omnis principium  
est oratio v. 20. *pharmaca* è terra Dominus crea-  
vit v. 4. *lex* ut discenda v. 1. &c. *misera* humana vi-  
ta versu 1. (XL.)

*Mors* ut acerba sit v. 1, *ne te pudeat* de lege al-  
tissimi & fœdere &c. *natura* quædam mirabilia  
opera narratur: *quinq;* insignes patriarchæ, Eno-  
chus,

chus, Noa, Abrahamus, Isaacus & Jacobus laudantur: *Pinbasus* cum Mose & Aharone commendatur.

*Josua* laudatur cum Calebo & iudicibus: *Iesaias*, id est David: *fax* erat *Eliæ* sermo, vers. 1. *meluti* suavis est *Jofias* v. 2. *Simeon* sacerdos magnus prædicatur, nempe *Jadduæ* nepos, Justus dictus. (L)

*Siracides* ardet Domino persolvere grates, pro variis beneficiis & imprimis quoque indulto sapientiæ dono,





## MEMORIAE

IN

PERICOPAS TEXTUUM  
SACRORUM, QUID DOMINICIS

diebus per ordinarias conciones ad  
populum explicari  
solent.

## PRAEFATIO AD LECTOREM.

**S**i in nobis is esset discendi ardor, qui debebat, si  
ea omnium etiam memoria, ut non opus foret  
easdem doctrinas subinde repetere, sed aliis li-  
bris post alios retinendis capaces animos habere-  
mus: multò certè satius esset integra divinarum li-  
terarum monumenta, quàm quaedam singularium  
contextuum excerpta legere & Christiano populo  
pro concione enarrare. at ea vulgi (utinam non il-  
lorum etiam, qui supra vulgus aestimari volunt!)  
ea, verò est ferè imbecillitas, ut eadem crebriùs li-  
cèt iterata vix mentibus insideant) & ad mediocri-  
tatem sacrae eruditionis inhareant. Quare jam  
olim ecclesiarum Christi prudentes doctores, pra-  
terquàm quòd tota quoque scripturarum volumina au-  
ditoribus exponebant nonnulla notabiliora, tan-  
quam majorum cœnarum ἀποκρίματα & ma-  
gis necessaria τρυφήν, ad institutionem eorum  
deligebant. Inde paulatim factum est, ut in sab-  
baticis Christiana plebis congregationes certa pe-  
ricopa sint constituta, quas anniversariis vicibus

1 3

ad

a avulsas particulas  
b frustra relecta

ad explanandum resumas rude imprimi vulgus  
certiore cum recordatione & fructu comprehende-  
ret. Ea consuetudo ad Alcuinum vel Albinum, Ca-  
roli Magni præceptorem, aut Paulum Diaconum  
referrī solet. Tritemius sanè de P. Diacono scri-  
bit: Jussu Caroli ordinavit historias & lectiones  
per totum annum singulis festivitatis sanctorum  
congruentes. antiquior tamen ea res videtur; ut ex  
Georgii Magni & Bedæ scriptis colligitur: quorum  
ille anno 590. hic 690. floruit. Is usus & mos hodi-  
èque in plerisque Christiani orbis ecclesiis remanet  
quem nunc ad utilitatem nostram sapienter trabe-  
re oportet, ubi commodè immutari nequit, quod ne-  
que adeò opus est; quoniam inter dictas illas parti-  
culas etiam tota in ecclesiis, ampliorum imprimis  
antium, volumina & (quod imprimis est necessum)  
catæchetica hypotyposes, ex ordine, perpetuis sermo-  
nibus solent declarari. De his verò textibus domi-  
nicilibus, quos evangelicos & apostolicos appella-  
mus; visum est etiam aliquid memorie subsidiari-  
um, tanquam prolimbo hujus libelli attexere: ut  
promptè scire possis, quid qualibet Dominica die, ubi  
mos adhuc viget, in templis à doctore Verbi sit ex-  
spectandum. Caterum hi textus cum primis ita sunt  
legendi & euarrandi; ut ex iis per justam consequen-  
tiam tota religio Christiana possit probari, Nam  
verberes in iis sensus esse certū est. Notabilis in hanc  
rē cautela de divinis literis apud Gr. Nazianz. o-  
rat. 5, de theol. est ista: καὶ ὡς ἔστι, λέγεται δὲ τὰ δὲ  
ὄντα & λέγεται τὰ δὲ ἔτε ἔστιν, ἔτε λέγεται. τὰ δὲ ἄρ-  
θρα καὶ ἔστι καὶ λέγεται i. e. Quædam quidē non sunt

(scilicet)

IN TEXTUS EVANG.

199

(scilicet, si literam & proprietatem Verborum spectes) dicuntur tamen: quædam verò quum sint non tamen dicuntur scil. expresse: quædam autem nec sunt nec dicuntur: quædam verò simul & sunt & dicuntur.

Versus memoriales

IN TEXTUS EVANGELICOS ANNI-  
VERSARIOS.

I. Decas.

1            2            3            4            5  
Rex tuus, in luna, Johannes, vox ego, signum  
6            7            8            9            10  
In templo, Cane, sis volo, navis, agro

II. Decas.

11           12           13           14           15  
Vinea, quadruplici, tradetur, pane, catelli,  
16           17           18           19           20  
Divisum, panes, arguit, intrat, abest

III. Decas

21           22           23           24           25  
Affabit, pastor, paulò post, vado, petetis,  
26           27           28           29           30  
Et vos, sermones, vult ubi, dives, agrum

IV. Decas.

31           32           33           34           35  
Drachma, trabem, pilces, Raca, septē panibus auctis  
36           37           38           39           40  
Intus, redde, tua, stet, miserere, spuit,

V. Decas.

1            4

Dile



41 42 43 44 45  
*Dilige, leprosi, primūm, Nainius, hydrops,*

46 47 48 49 50  
*David, tolle, pedes, fabricitare, male.*

Quod supra V. decadem excurrit, non  
 semper similiter: sed, prout fert tem-  
 porum dispositio.

51 52 53 54 55  
*Census, prostubio; castatio, nudus, in hora.*  
 Ex evangelicis textibus hocce tene.

EXPLICATIO.

I. Decas.

**R** *Fertus venit tibi lenis: Dominica I. adventus*  
*Evang. Matth. 21, à v. 1. ad 10. epist. Rom. 13, à*  
*v. 11. ad finem.*

*In luna, sole & stellis erunt signa. Dom. II. Ad-*  
*vent. Evang. Luc. 21, à v. 25. ad 37. epist. Rom. 15, à*  
*v. 4. ad 14.*

*Johannes mittit discipulos ad Christum. Dom.*  
*III. Advent. Evang. Matth. 11, à v. 2. ad 11, epist. 1o*  
*Cor. 4. à v. 1, ad 6.*

*Vox ego sum vociferantis in deserto. Dom. IV.*  
*Advent. Evang. Joh. 1, à v. 29, ad 29 epist. Philipp. 4,*  
*à vers. 4. & 8.*

*(Hic natalis Domini interponitur)*

*Signum Christus, cui contradicatur Dom. post*  
*natal. Evang. Luc. 2, à v. 33, ad 41, epist. Gal. 4. v. 1,*  
*ad 8.*

*(Hic circumcisionis festum intervenit)*

*Ephiphania: Evang. Matth. 2, à v. 1, ad 13.*

epist. Esa. 6, à v. 1, ad 7.

In templo invenitur Christus Dom. I. post Epiph. Evang. Luc. 2, à v. 42. ad finem, Epist. Rom. 12, à v. 1, ad 7.

Canæ nuptiæ. Dom. II. post Epiph. Evang. Joh. 2. à v. 1, ad 12, Epist. Rom. 12. à v. 7, ad 17.

Sis, Solo, mundus ait Dominus leproso. Dom. III. post Epiph. Evang. Matth. 8, à v. 1, ad 14, Epist. Rom. 12, à v. 16, ad finem.

Navis operiebatur fluctibus, Dom. IV. post Epiph. Evang. Matth. 8, à v. 23, ad 28, Epist. Rom. 15, à v. 8, 11.

Agro nata inter triticum zizania. Dom. V. post Epiph. Evang. Matth. 13. à v. 24, ad 31, Epist. ad Col. 3, à v. 12, ad 18.

## II. Decas.

Vinea culta à diversis operariis. Septuagesima, Evang. Matth. 20, à v. 1, ad 17. Epist. 1. Cor. 9, à v. 25. ad v. 6, cap. 10.

Quadruplici semine confusus aget. Sexagesima, Evang. Luc. 8, à v. 4. ad 16 Epist. 2. Cor. 11. à v. 19. ad v. 10. cap. 12.

Tradetur gentibus & illudetur Christus Quinquagesima, sive, Esto mihi, Evang. Luc. 18, à v. 31, ad finem, Epist. 1. Cor. 13. totum caput.

Pane non solo vivit homo. Dom. I. quadragesima, seu invocabit, Evang. Matt. 4, à v. 1, ad 1. Epist. 2. Cor. 6, à v. 1, ad 11.

Catelli edunt è micis, cadentibus de mensa dominorum. Dom. II. Quadrag. seu Reminiscere. Evang. Matth. 15, à v. 21, ad 29. Epist. 1. Thess. 4. à vers. 1, ad 8.

*Dibisum* aduersus se regnum vastatur. Dom. III, *Quadragesima seu Oculi Euang.* Luc. 11, à v. 14, ad 29, *Epist.* Ephes. 5, à v. 1, ad 10.

*Panes* quinque hordeacei & duo pisciculi Dom. IV, *Quadragesima seu Letare Euang.* Joh. 6, à v. 1, ad 6, *Epist.* Galat. 4, à versu 21, ad finem.

*Arguit* quis me ex vobis de peccato? Dom. V, *Quadragesima seu Iudica Euang.* Joh. 8, ad v. 46, ad finem *Epist.* Hebr. 9, à versu 11, ad 16.

*Entrat* Hierosolymam a sinæ insidens Dominus. Dom. *Palmarum Euang.* Matth. 21, à v. 1, ad 10. *Epist.* Philip. 2, a v. 5, ad 12.

(*Hic* festum coenæ Domini *Euang.* Joh. 13, à v. 1, ad 16. *Epist.* 1. Cor. 11, à v. 20, ad 33. *Et hinc* memoria passionis Domini.)

*Abest*, non est hinc, surrexit. *Pascha Euang.* Marc. 16, a v. 1, ad 9. *Epist.* 1. Cor. 5, v. 7, & 8.

*Feria II. Paschatis Euang.* Luc. 24, a v. 13, ad 36, *Epist.* Act. 10, a v. 34, ad 44.

*Feria III. Paschatis Euang.* Luc. 24, a v. 36, ad v. 48, *Epist.* Act. 13, a v. 26, ad 34.

### III. Decas

*Afflabit* Dominus discipulos Dom. I. post *Pascha*, seu *Quasimodogeniti*, *Euang.* Joh. 20, a versu 19, ad 21, *Epist.* 1. Joh. versu 4, ad 11.

*Pastor* bonus est Christus.

Dom. II. post *Pascha*, seu *Misericordia Euang.* Joh. 10, versu 11, ad 17, *Epist.* 1. Pet. 2, a versu 21, ad ad finem.

Paulo

*Paulò post me non videbitis*, ait Dominus  
Dom. III. post Pascha seu jubilate Euang. Johan 16,  
à versu 16, ad 24, Epist. 1. Pet. 2. a v. 11, ad 21.

*Vado ad eum, qui misit me*, ait Dom. IV. Dom.  
IV. post Pascha, seu Cantate Euang. Johan. 16, a ver-  
su 5, ad 16, Epist. Jac. 1. a versu 17, ad 22.

*Petetis illo die in nomine meo* Dom. V. post Pa-  
scha, seu Vocem Jucunditatis Euang. Joh. 16, a versu  
23, ad 31, Epist. Jac. 1, a versu 22, ad 26.

Festum Ascensionis.

*Et vos testabimini Domin post Ascensionis, seu*  
*Exaudi.* Euang. Joh. 15, a versu 26, ad v. 3; c. 16. Epist.  
1. Pet. 4, a versu 8, ad 12.

*Sermones meos servat, qui diligit me.*

*Pentecoste* Euang. Johan. 14, a versu, 23, ad par-  
tem alteram v. 31, pro epist. Act. 2, a v. 1, ad 14.

*Feria II. Pentecostes* Euang. Johan. 3, a v. 16, ad 22  
Epist. Act. 10, à v 42, ad alteram partem v. 48.

*Feria III. Pentecostes* Euang. Joh. 10, a versu 1, ad  
11, Epist. Act. 8. a versu 14, ad 18.

*Vult ubi, spiritus spirat.*

*Dom. Trinitatis* Euang. Joh. 3, a versu 1, ad 16  
Epist. Rom. 11, a versu 33, usque ad finem.

*Dives epulo immisericors* Dom. I. post Trinita-  
tis Euang. Luc. 16, a v. 19 ad fin. Epist. 1, Johan. 4, a  
versu 16, ad finem.

*Agrum emi*, ait ingratus ex invitatis Dom. II.  
post Trinitatis Euang. Luc. 14, a versu 16, ad 25, E-  
pist. 1. Johan. 3, a versu 13, ad 19.

IV. Decas.

*Dracma inventa* Domin. III. post Trinitatis

Luc 15, à v. 1. ad 11, Epist. 1. Pet. 5. à v. 6, ad 12.

*Trabem* ejice ex oculo tuo Dom. IV. post Trinitat. Evang. Luc. 6, à versu 36, 43, Epist. 8, à versu 18, ad 24.

*Pisces* abundanter capti. Dom. V. post Trinitat. Evang. Luc. 5, à versu 1, ad 12, Epist. 1. Pet. 3, à versu 3, ad alteram partem, v. 15.

*Raca* qui dicit fratri suo, obnoxius erit synedrario. Dom. VI. post Trinitat. Evang. Matth. 5, à versu 20, ad 27, Epist. Rom. 6, à versu 3, ad 12.

*Septem panibus* auctis pasti 4000. Dom. VII. post Trinitat. Evang. Marc. 8, versu 1, ad 10, Epist. Rom. 6, à versu 19, ad finem.

*Intus lupi rapaces* pseudoprophetae, Dom. IIX. post Trinitatis Evang. Matth. 7, à versu 15, ad 22, Epist. Rom. 8, à versu 12, ad 18.

*Reddetis* dispensationis rationem. Dom. IX. post Trinitatis Evang. Luc. 16, à versu 1, ad 10, Epist. 1. Cor. 10, à versu 6, ad 14.

*Flet* Dominus visa urbe, Dom. X. post Trinitatis, Evang. Luc. 19, à versu 46, ad finem, Epist. 1. Cor. 12, à versu 1, ad 12.

*Miserere mei*, ait publicanus poenitens, Dom. XI. post Trinitatis Evang. Luc. 18, à versu 9, ad 15, Epist. 1. Cor. 15, à versu 1, ad 11.

*Spuis* Dominus & tangit linguam surdi balbi, & sanat eum Dom. XII. post Trinitat. Evang. Marc. 9, à v. 31, ad 38, Epist. 2. Cor. 3, à versu 4, ad 11.

V. Decas

*Dilige* Deum ex toto corde. Dom. XIII. post Trinitatis Evang. Luc. 10, à v. 23, ad 38, Epist. Galat. 3, à



3. à versu 17. ad 13.

Lepra post accem mundati Dom. XIV. post Trinit.  
Evang. Luc. 17, à versu 11, ad 20. Epist. Galat. 5, à v.  
16 ad finem.

Primums quærite regnum Dei. Dom. XV. post  
Trinitat. Evang. Matth. 6. à versu 23. ad finem.  
Epist. Galat. 6. à versu 1. ibi: Si vivimus Spiritu, ad  
3. ibi, domesticos fidei.

Nainius mortuus excitatur. Dom. XVI. post  
Trinitat. Evang. Luc. 7. à v. 11. ad 18, Epist. Eph. 3. à  
v. 13. ad finem.

Hydrops sanatur. Dom. XVII. post Trinit. Evang.  
Luc. 14, à v. 1. ad 12. Epist. Ephes. 4, à v. 1, ad 7.

David vocat Christum Dominum. Dom. XIX.  
post Trinit. Evang. Matt. 21. à v. 34. ad finem. Epist.  
1. Cor. 1. ad 10.

Tolle tuum lectum, ait Dominus paralytico.  
Dom. XIX. post Trinit. Evang. Matth. 9. à v. 1, ad 9.  
Epist. Eph. 4, à 22. ad 29.

Pedes ligate & manus, & ejicite tenebras ex-  
timas. Dom. XX. post Trinit. Evang. Matth. 22, à v.  
1, ad 15. Epist. Ephes. 5, à 15, ad 22.

Febricitare desit heri circa horam septimam,  
ajunt servi administri regii. Dom. XXI. post Tri-  
nit. Evang. Joh. 4, à v. 49. ad finem. Epist. Ephes. 6.  
à v. 10, ad 18.

Male serve, totum debitum tibi remisit. Dom.  
XXII. post Trinitat. Evang. Matth. 18, à v. 23. ad fi-  
nem. Epist. Phil. 1. à v. 3. ad 12.

Census nomisma ostendite mihi, ait Dominus  
Pharisæis. Dom. XXIII. post Trinitat. Evang.  
Matth.

Matth. 22, a versu 25, *Epist.*-Philip. 3. a versu 17, ad finem.

*Proflubio* sanguinis à duodecim annis laborans mulier sanatur. *Dom.* XXIV. *post Trinitat.* *Evang.* Matth. 9, a 18, ad 27. *Epist.* Coloss. 1, a v. 9, ad 15.

*Vastatio* abominationis dicta per Danielelem prophetam. *Dom.* XXV. *post Trinit.* *Evang.* Matth. 24, a versu 15, ad 29, *Epist.* 1. *Thessal.* 4, a versu 13, ad finem.

*Nudus* eram, & amicum vobis me, dicit Dominus ad benedictos. *Domin.* XXVI. *post Trinit.* *Evang.* Matth. 25, a versu 31, ad finem. *Epist.* 2. *Thess.* 1, a v. 3, ad 11.

*In hora* quam Dominus vester venturus sit, nescitis. *Vigilate ergo.* *Dom.* XXVII. *post Trinit.* *Evang.* Matth. 24, a versu 37, ad finem. *Epist.* 2, *Petr.* 3, a versu 3, ad 8.



VERSUS IN TEXTUS EPISTOLICOS  
SUNT ISTI:

I. Decas.

I	2	3	4	5
<i>A somno, qua scripta, rei mihi, pax, Pater Abba,</i>				
6	7	8	9	10
<i>Corpora, gaudentes, nltio, summa, Patri,</i>				

II. Decas.

11	12	13	14	15
<i>Contundo, plagas, dilectio, dextra, voluntas,</i>				

*Nunc*

IN TEXTUSEPST

207

16

17

18

19

20

Nunc lux estis, Agar, si cinis, omne, vetus.

III. Decas

21

22

23

24

25

Nostra fides, ut oves, pravis, donatio, sermo,

26

27

28

29

30

Obtegit, ut flatus, quis prior, ipse, per hoc.

IV. Decas

31

32

33

34

35

Ut leo, suspirat, fraternâ, lotio, membra,

36

37

38

39

40

Non carni, sedit, muta, sepulta, nobis

V. Decas

41

42

43

44

45

46

Lex, carnis, de carne, metent, in cordibus, unus,

47

48

49

50

51

Fidus, deposito, psallite, lucta, precor.

Quod ultra V. decadem excurrit ut supra  
in evangel.

52

53

54

55

56

Cives ad sortem, qui spem, non igne, peribunt.

Hæc ab epistolice textibus hausta legis.

EXPLICATIO.

I. Decas.

A somno tempestivum est nos expergisci. Ro-  
man. 13.

Quæ scripta sunt antè, ad nostram doctrinam,  
antè scripta sunt, Rom. 15.

Rei mihi nullius sum conscius, sed non per hoc  
justificatus sum. 1. Cor. 4.

PAX DEI, quæ superat omnem intellectum,

præsidio erit cordibus vestris. Phil. 4.

*Pater Abba.* Quoniam estis filii, emisit DEUS Spiritum filii in corda vestra, clamantem Abba Pater. Galat. 4.

*Corpora vestra* hostiam viam sistite. Rom. 12.

*Gaudentes pe* : Gaudete cum gaudentibus Rom. 12.

*Ultio mihi est:* ego rependam, dicit Dominus, Rom. 12.

*Summa legis dilectio.* Rom. 13.

*Patri gratia* agentes, facite in nomine JESU, quicquid egeritis sermone aut facto. Col. 3.

II. Decas

*Contundo corpus meum* & in servitutem redigo, ne quo modo, quum aliis prædicarim, ipse rejectaneus fiam 1. Cor. 9.

*Plagas* quinque accepi, quadragenas, dicit apostolus 2. Cor. 11.

*Dilectio non invidet,* non agit indecorè, gratulatur veritati &c. 1. Cor. 13.

*Dextra & sinistra arma* justitiæ 2. Cor. 6.

*Voluntas Dei* est sanctificatio vestri 1. Theff. 4.

*Nunc lux estis* in Domino: eratis olim tenebræ Ephes. 5.

*Agar* ex monte Sina generans prolem ad servitutem, Galat. 4.

*Si cinis* juvenæ aspergens inquinatos sanctificat ad carnis puritatem: quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam vestram à mortuis operibus Heb. 9.

*Omne genu* coelestium & terrestrium & subter-

raneorum flectere se ad nomen Jesu Philip. 2.

*Vetus fermentum expurgate, ut sitis nova*  
masa. 1. Cor. 5.

## III. Decas.

*Nostra fides est victoria, quæ vincit mundum.*  
1. Joh. 5.

*Ut oves errantes eratis, sed nunc convertistis*  
vos ad pastorem & curatorem animarum vestra-  
rum. 1. Petr. 2.

*Parvis dominis subditi estote* 1. Petr. 2.

*Donatio omnis bona est à Patre luminum Jaco-*  
cob. 1.

*Sermo non audiendus tantum, sed & præstan-*  
dus. Jacob. 1.

*Obtegit charitas multitudinem peccatorum*  
1. Petr. 4.

*Ut status violentus, existit sonitus è celo.*  
Act. 2.

*Quis prior dedit Deo? & reddetur ei* Rom. 11.

*Ipse prior nos dilexit.* 1. Johan. 4.

*Per hoc novimus charitatem Dei, quod ille*  
animam suam pro nobis posuit. Joh. 3.

*Ut leo rugiens obambulat Diabolus, quærens*  
quem devoret. 1. Petr. 5.

*Suspirat creatura subiecta vanitati* Rom. 8.

*Fraterna charitate præditi estote* 1. Pet. 3.

*Lotio baptismi symbolum mortis, ac resurre-*  
ctionis nostræ cum Christo. Rom. 6.

*Membra vestra nunc sistite serva justitiæ ad*  
sanctimoniam. Rom. 6.

*Nota*

*Non carni* debitores sumus Rom. 8.

*Sedit* populus ad edendum & bibendum, &  
*surrexerunt* ad ludendum. 1. Cor. 10.

*Muta* ad idola abripiemini. 1. Cor. 12.

*Sepulta* caro Christi secundum scripturas 1-Co-  
rinth. 5.

*Nobi* foederis ministri non literæ, sed spiritus 2.  
Corinth. 3.

V. Decas.

*Lex* ordinata per Angelos, per manum inter-  
nuncii Galat. 3.

*Carnis* opera. Gal. 5.

*De carne* metent interitum, qui seminant car-  
ni suæ Gal. 6.

*In cordibus* vestris inhabitat Christus per fidē.  
Eph. 3.

*Unus* Deus & pater omnium Eph. 4.

*Fidus* est Deus, per quem vocati estis in com-  
munionem filii ipsius, 1. Cor. 6.

*Deposito* mendacio, loquimini veritatē Eph. 4.

*Pfallite* in corde vestro Domino. Eph. 5.

*Lucta* nobis est non adversus sanguinem & car-  
nem, sed adversus imperia. Eph. 6.

*Precor*, ut charitas vestra adhuc magis ac ma-  
gis redundet in omni cognitione & sensu Phil. 1.

Supra V. Decad.

*Cibes* cœlorum nos gerimus. Phil. 3.

*Ad sortem* sanctorum in luce participandam  
idoneos nos fecit Pater Coloss. 1.

*Qui spem* non habent, eorum morte ne doleatis  
Thess. 4.

igne


DIES FESTI CHR.

211

*Ignis flammante ultionem infliget Dominus  
his, qui Deum non noverunt, neque auscultant  
evangelio Domini nostri Jesu Christi 2. Theff. 1.*

*Peribunt igni caelum & terra 2. Petr. 3.*

*Specialis designatio textuum ex epistolis,  
facta est ad textus ex evangelicis historiis.*



DIES FESTI CHRISTO, PRÆTER  
STATOS DOMINICOS, IN PRÆ-  
cedentibus versibus po-  
sitos.

**N** *Ascitur, octavo, crucifixus, scandit in altum.*  
Quatuor hæc Christo tempora festa tene.

**N** *Ascitur* Christus Bethlehemi. Evang. Luc. 2. à  
versu 1. ad 15. Epist. Tit. 2. à versu 11. usque ad  
alteram partem versus 15. *Deinde prælegi solet*  
Evang. Luc. 2. à versu 15. ad 20. Epist. Tit. 3. à v. 3. ad  
8. *Tertio* *Evangelio* Johan. 1. à versu 1. ad 15. Epist. Hebr.  
1. à versu 1. ad 13.

*Octavo die circumcisus* Evang. Luc. 2. versu 21.  
Epist. Galat. 3. à versu 23. ad finem.

*Crucifixus.* Memoria passionis Domini ex hi-  
storia Evangelica.

*Scandit in altum.* Asceudit in caelum Domi-  
nus Evang. Marc. 16. à versu ad finem. Epist. Act.  
1. à versu 1. ad 12.

EC-





In festo resurrectionis legitur *Epist. ex 1. ad Cor 5. à v. 6. ad 2*

Dom. I post pascha *Epist. ad Rom. 6. v. 3. ad 12.*

Dom. V. post pascha. *Epist. Jacob à v. 12. ad finem.*

In festo pentecostes pro *Epist. legitur Actor. 2. ab initio ad v. 22.*

Dom. IV. Trin. *Epist. 2. ad Cor. 3 v. ad 12.*

Dom. VI. Trin. *Epist. ad Rom. 6. à v. 19. ad finem.*

Dom. VII. Trin. *Epist. 1. Cor. 10. v. 1. ad 14. v.*

Dom. IX. Trin. *epist. 2. Petri 2. à v. 1. ad 17.*

Dom. IX. Trin. *epist. 1. ad Cor. 12. v. 1. ad 22.*

Dom. X. Trin. *epist. ad Rom. 11. à v. 11. ad v. 33.*

Dom. XI. Trin. *epist. Jacobi 1. à v. 22. ad finem.*

Dom. XII. Trin. *epist. ad Rom. 8. à v. 18. ad 24.*

Dom. XIII. Trin. *epist. ad Rom. 4. v. 1. ad 13.*

Dom. XVI. Trin. *epist. Cor. 15. v. 34. ad 31.*

Dom. XVII. Trin. *epist. ad Heb 4. à v. 1. ad v. 14.*

Dom. XVIII. Trin. *epist. ad Rom. 4. à v. 24. ad vers. 33.*

Dom. XIX. Trin. *epist. ad Eph. 4. à v. 22. ad finem.*

Dom. XXII. Trin. *epist. ad Rom. 1. à v. 18. ad v. 26*

Dom. XXIV. Trin. *epist. ad Rom. 5. à v. 12. ad finem.*

Dom. XXV. Trin. *epist. ex 2. ad Thess. 2. v. 1. ad finem.*

Dom. XXVI. Trin. *Evang. Matth. 25. à v. 31. ad finem capituli. Epistol. Juda à v. 17. ad finem.*

Dom. XXVII. Trin. *Evang. Matth. 13. à v. 44. ad 53. Epistola ad Gal. 3. v. 15. ad 40.*

F I N I S,




*Observa.*

*Quae p. 116. leguntur usque ad verba  
De evangelistis, referenda sunt ad  
112. l. 3. à fine ante vocem Cæterum.  
Sic p. 141. l. 1. periodus Sic solent ad 140.  
post Act. 16. 12. inserenda erant.*

---








Mira opinio est Cupai  
nemine Judaeorum in deserto  
natus, ibi mortuus esse. p. 318.  
et p. 319.

Haec absurda tamen  
haec, ut et fertur  
epus de Melchisedec  
pro lege pag. 273  
et sequit.



2 B. 2 C  
65972

AB 65972

**ULB Halle**  
006 835 902 3



10


108









MEMORIALE  
**BIBLICUM**  
METRICO COM-  
PENDIO, QUAM FIERI PO-  
TUIT, BREVISSIMO  
FACTUM,  
*IN OMNES LIBROS CANONI-  
cos veteris & novi testamenti; etiam  
in apocryphos;*  
CUM PRÆMONITIONIBUS GENE-  
ralibus & specialibus:  
*Accesit quoq; memoriale in pericopas tex-  
tum Dominicalium:*  
AUCTORE  
**MATTHIA MARTINIO,**  
Freienhagensi.  
  
*Coloss. 3. v. 16.*  
Verbum Christi inhabitet in vobis  
copiosè.  
**BREMÆ**  
Sumptibus ERHARDI BERGERI Bibliop.  
M. DC. IL.

